



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

fr̄ia Cœnobij negotijs intentus esset, tamesi reluctans; confirmatus & consecratus est, resignauit post paucos annos, amore studiorum se Bononiã confrens, retenta annua pensione xxxi. florenorum, vbi sacram Theologiam professus, Doctor etiam Iuris Pontificij effectus, in Carinthia in Cella Mariana magnifico Collegio concionator famosissimus extitit, vbi quoque obiit, & sepultus est, anno 1507. Patris ante obitum annis Frisingæ fuit, & magnam pecunię summam Monasterio dono dedit, ad construendam Bibliothecam cum elegantis Sacello B. Marię virginis, cuius bona post obitum ipsius huic Monasterio tradita sunt.

WOLFGANGVS de Weichs Nobilis, resignati Christophoro, à Sixto Frisingensi Ep̄o substituitur, Abbas XLII. Vir senex, grādus, religiosorum amator, & summus fautor huius Monasterij, qui iuuenis vixerat in habitu monastico, apud Melicense Cœnobium in Austria, vnde per amicos quasi vi extractus, à suo proposito reuocatus, habitum ante professionem deposuit, & in Frisinga Canonicus factus, ibi per XL. annos, in seculari professione sacris seruiuit. Tandem resignans præbendam fratris filio Degenhardo, ad Monasterium hoc se contulit, omnia faciens, quæ sui ordinis hominem decere, Abbas designatur, multa bona fecit Cœnobio, ambitum testudinauit, & plura alia ædificia renouauit, sacrarium multis ornamentis decorauit & ditauit, obiit anno 1495.

ANTONIVS XLIII. Abbas, vir mansuetus, humilis, pius & largus in pauperes, quorum, præsertim charissimè tempore, nullum à se dimisit abire vacuum. In bello Bauarico passus est cum subditis, magnam exactionem, rapinas & damna, obiit anno 1507.

BENEDICTVS XLIV. Abbas, electus anno. 1507. vir prudens, diligens & bonus Oeconomus, qui multum æris alieni persoluit, passus magna grauiamina & damna. Præfuit annis XI. laudabiliter. Obit 1520.

THOMAS XLV. Abbas, vir doctus, facundus, moribus & vita insignis, electus & confirmatus à Philippo Com. Palatino Ep̄o Frisingensi, anno, 1520. perpeffus grauissimas exactiones, durissimumque iugum propter veredarios, venatores, ac falconum curatores, ferè nunquam non Monasteria onerantes, ob. an. cum præfuisset Monasterio laudabiliter.

In Weichenstephen sepulti sunt nobiles aliqui, de Hagenavv, de Fraunhouen, tem de Fraunberg, & tres Milites de Aitterpach.

ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilibus Ecclesiarum Dei locis quoddam largimur beneficij, necessitatesque Ecclesiasticas nostro releuamus iuuamine, id profecto & animæ, & regni nostri saluti prouenire nõ dubitemus. Proinde omnib. Christi nostriq; fidelib. notum esse volumus, qualiter nos ob recordationem & eleemosynam diui senioris nostri *Ostons* Imperatoris Augusti, ob spem quoque diuinæ remunerationis tam nobis quàm etiam dilectæ nostræ contectali *Chunigunda* impetrandam, atq; ob fidelissimum venerandi *Frising.* præsulis *Egilberti* obsequiũ amoremq; dedimus quandam partem cuiusdam insulæ *Sahsonagana* dictæ ad Monast. *S. Stephani* prothomartyris in Episcopatu eiusdem egregij Antistitis, ab eodem Præfule constructum, fratribusque inibi Christo militantib. in prouincia scilicet *Orientali*, iuxta *Danubium* & in *Marchia Adalberti* Comit̄s sitan & in his terminis inclusam. A loco enim *Zuncnesprucka* insuper ripam *Danubij*, vsq; in locum *Orta* dictum & inde vsque in *tyl-*

Metrop. Salub. Tom. III.

uam, quam *Hart* vulgariter nuncupant, & à supradicto ponte per directum vsque in eandem syluam *Hart*, ipsam videlicet in siluam *Sahsonagau*, quantum supra scripto continetur termino, & quicquid reliquæ terræ cultæ & incultæ intra prædictum inuenitur terminum, cum arboribus, ædificiis, aquis, piscationibus, venationibus, Sidelyveidis, pascuis, & lignorum incisionibus. omnibus illic habitantibus, & quicquid utilitatis inibi poterit inueniri, ea ratione hanc nostram concessionem sancto *Stephano*, & iam dictis fratribus firmantes, vt nullus episcopus, seu alia que libet persona potestatem habeat res easdem inde alienare vel auferre. Et vt hæc nostræ concessionis munificentia omnino, & stabili tenore firma & inconvulsa permaneat, hoc præsens præceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Ernst Comes de *Ortinpurg* delegauit in sui militis *Goteboldi* scilicet nobilis viri suum prædium apud *Truhtherigin*, duas partes eiusdem prædij delegandam *S. Mariae* tertiam partem *S. Stephano*. Quam traditionem fecit ita ipse *Gotebold*, vt sibi delegata est, pro anima eiusdem Comitis *Ernst*, & omnium suorum patrum. Tradidit itaque *S. Stephano* partem eiusdem prædij in *Truhtherigin* pro remedio animæ eiusdem Comitis *Ernst*, & suæ uxoris, & omnium parentum suorum, cunctorum fidelium, eo pacto, vt quotannis in suo anniuersario aliquot pauperes hic elemosynentur, & vt fratres supra suum statum vt conque consolentur. Si autem aliquis Abbas ad ipsum prædium præfuerit alicui proximus hæres eiusdem *Ernst* soluat altari vnum bizanzium, & habeat prædium. Cuius delegationis testes sunt, nobiles *Arnolt de Skyrin*, & eius filius *Cunrat* & ipse delegator *Gotebold*, & eius frater *Herrant de Leran*, *Goteschalck de Marchpab*, *Eppo de Neinpach Gumpolt de Eigilstorff*, *Adalram de Pacha*. De familia *Adalperth*, *Pesile*, *Spisilo*, *Gerovich*, *Gerolt*, *Diepolt*, *Meginhart*, *Liutprecht*.

Dominus *Otto de Skyrin* delegauit illud prædium, quod emit apud *Penhöuen*, *S. Stephano* & illi seruientibus, eo pacto, vt nulli in beneficium tribuatur. Ipse autem *Otto* habebit vsu eiusdem prædij ad vitam suam. Cuius testes sunt Nobiles *Germanus* ipsius *Otonis*, *Pernhart*, Dominus *Conrat* & eius frater *Otto de Dacharve*, *Diemar de Husam*, *Eberhart de Neninpach*, *Guittpolt de Hagenbourva*, *VVerinberi de Frichindorff*, *Eberhart de Hattinburch*, *Nithart*, *Goteschalck de Marbach*, *Dietrich de Vtinhouen*, *Dassolt*, *Heinprehtshouen*. De familia *Fritilo*, *Adalperth*, *VWillipolt*, *Luitphret*, *Meginhart*, *VVolkar*, *Alerich*. Quam traditionem iterauit *Hobolt de VVolmotesaba* ex eiusdem *Otonis* petitione per *Otonis* obitum & stabiliuic istis testibus, *Pernhart de Erphanberc*, *Vdalric de Tannarn*, *Amalpreht de Zillinchen*, *Iagini de Giflinga*, *VVernhart*, & eius filius *Dietrich*, *Cunrat*, *Rupert*, *Baldwin*, *Gervig de Rubindorff*, *Eppo de Sindinbofan*.

In nomine *S. & indiuidue Trinitatis*. Notum sit vniuersis Ecclesiæ filiis, qualiter inter venerabilem *Frisingen*. Ecclesiæ præfulem *Egilbertum*, & inter Abbatem *S. Stephani* protomartyris *Arnoldum* quoddam cum concordia clari & plebis deliberatione & voto factum est concambium. Tradidit namque idem Antistes cum manu aduocati sui *Vdalschalchi* in manum Abbatis præfati de possessionibus suæ Ecclesiæ, quicquid eo die iam dictus Abbas in potestate & inuesticura sua habuit in pascuis, in macipiis, in decimis, molendinis scilicet *Hegilinhusen* cum oibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus, *Perkah*, sub eodem iure *Mammendorff* cum Ecclesia decimata. *Oast* & *Vparmuß* cum duabus Ecclesiis decimatis, *Giflinga*, *Strogen*, *VVippanhusen*, quod beneficium fuit *Aribonis*, *Buirra* cum Ecclesia decimata,

Zansin.

Zamindorff quod *Egino* presbyter in mutuum dedit Episcopo prædicto, territorio in urbe *Radaspona*, vnam hubam cum equino territorio ad *Pullingen* territorium equinum ad *Hutichar Flahach*. Hæc omnia *Egilbertus* Episcopus, vt dixi, tradidit ad altare sancti *Stephani*, & ipsius altaris seruitoribus, siue sint Monachicæ conuersationis seu canonicæ pro perenni sui & Imperatoris *Heinrici* felicitate, iure proprietatis possidendum. E contra Abbas *Arnoldus* cum manu Aduocati eiusdem *Vaschalchi* in manum prædicti Antistitis *Egilberti* in recompensationem traditionis prædictæ cum manu potestatiua vnius proprietatis Ecclesiæ sanctæ *Mariae* & sancti *Corbiniani* pari vtriusque partis consilio & deliberatione retradidit partem cuiusdam Insulæ *Sahsonagane* dictæ in prouincia *Orientali* & in Marchia *Adalberti* Comitis sitæ quam ob spem retributionis diuinæ, & ob interuentum eiusdem Episcopi bonæ memoriæ *Heinricus* Imperator sancto *Stephano*, eiusque seruitoribus sub testamento tradidit, his terminis inclusam, à loco *Zucinesprucca* insuper ripam *Danubij*, vsque in locum *Orta* dictum, & inde in syluam quam *Hart* vulgariter nuncupant, & à supradicto ponte per directum vsque in eandem syluam *Hart*, ipsam videlicet insulam *Sahsonagane*, quantum supra scripto continetur termino, prout altari sancti *Stephani* sub testamento traditum erat, vt dixi, Episcopo mutua vicissitudine retradidit. Et vt hæc commutatio stabilis permaneat, litterarum seriè veraciumque testium istic infra notatorum, firmatum est testimonio, *Altman Comes*, *Hartvvic*, *Sarhilo*, *Meginhart*, *Herrant*, de familia *Heilrich*, *Mahtuni*, *Luttheri*, item *Luteri*, *Sinzo*, *Gerhart*, *Deginhalm*, *Gervvic*, *Perahold*, *Herrich*, *Dihfrit*, *Gozolt*, *Dietpreht*, *Ebararo*, *Frouimunt*. pro censu quinque numorum *Sigisfridus* de *Vtingen*, *Otto* Palatinus Comes, & frater eius *Fridericus*, *Chunradus* iudex de *VVartinberg*, *Adilhardus* de *Pfisingen*, *Gotefridus* *Pincerna*, *Pertholdus* de *Eschelbach*. Alia vice *Luitoldus* & filius eius *Luitoldus*, de *Hagenavv*; *Dietpoldus* de *VVipenhufen*, *Arnoldus* de *Hagenavv*, *Gebolfus* de *Eschelbach*, *Otto* de *Seraheutter*, familia *Chunrad*, *Heribort*, *Gelfradus*.

Nouerint omnes Christiani præsentis & futuri, quod in temporibus Episcopi *Meginvvardi* & Abbatis *Crohangeri*, *Pernhardo*, & *Schyrense* Monasterii *Stephani* aduocato *Iuditha* ex Episcopio data est in concambium cum omnibus liberis suis tunc temporis natis, & postmodum eo nascendis ad altare sancti *Stephani* & è contra data est quædam *Liuzza* cum sua posteritate ex Abbatia in Episcopium, eodem Episcopo *Meginvvardo* id præcipiente, & *Pernhardo* Aduocato hoc Concambium legitima commutatione faciente, & subscriptis testibus stabiliente, quorum testium sunt nobiles, *Diemar* de *Husan*, *Goteschalch* de *Marpach*, *Gotepold* & eius frater *Herrant* de *Leran*, *Adalram* de *Pachten*, *Pernhart* de *Erphenprunnin*, *Vdalrich* de *Tannaran*, *Guntipolt* de *Haganovva*. De familia isti *Tritilo* de *Suanehiltedorff*, *Pezali* de *Issandorff*, *Adalbreth* de *Petiprunnin*, *Sigihart* de *Heidolsingen*, *Gervvich* de *Miltaba*, *Arnolt* de *Pupfisdorff*, *VVolfhold* de *Lohshürchen*, *Meginhart* de *Dietrihsdorff*, *Gerhart* & eius filius *Dietpolt* de *VVippinhusan* & *Vertingenses*, *Adalpreht*, *Sigihart*, *VVolfheri*, *Heriger*, *Adalger*, *VVillibolt*.

Nouerint omnes Christiani qualiter Concambium factum sit inter *Ottone* *Frisingensium* Præfulem, & Abbatem sancti *Stephani* *Sigmarum* coram Aduocato eiusdem loci *Ottone* Palatino Com, ad quem idem negocium taliter pertine-

tinēbat, curtem quippe ad *Goldenhusen*, idem Comes à maiori Ecclesia beneficiario iure possederat, quam eius petitione receptam prædictus Antistes Ecclesie sancti *Stephani* cum pratis & sylua tradidit, retraditamque sibi à præfato Abbate vnam curtem in *Leren*, & armentarium vnum palatino Comiti in beneficium restituit, huius commutationis testes facti sunt hi, de Nobilibus, *Gebehardus de Hittenburch*, *Altman de Siginburc*, *Megingoz de Prengungestorf*. De familia *Isanricus de Lobkürchen*, & filij eius *Hainrich*, *Isanrich*, *Altman de Haselbach*, *Conradus de Haidolsingen*, & frater eius *Fritelo*, *Sigisfrit de VVilbach*, *Sigisfrit de VVolfoldestorf*, *Geruic de Rubendorff*, *Rutlant de Bubinhusen*. De ministerialibus, Palatini Comitis, *Werinhart de Mettenbach*, *Adalhart de Frisingen*, *Geruic de Camera* & fratres eius, *Adalolt* & *Vadalrich*, *Hainrich de VVolfoldestorf*, & filius eius *Hainricus*.

TAndem in quodam placito coram Domino *Ottone* Episcopo & *Ottone* Palatino Comite, qui & aduocatus Ecclesie sancti *Stephani*, delegatum est idum prædium, à *Conrado Haidolsingen* ad prædictam Ecclesiam, Aduocato suscipiente illud & Episcopo anathematizante, omnes qui aliquam violentiam de eo facere præsumperint, quæ quoque credantur per testes hos roboramus. *Adalbero de Starehol*, *Eberhart de Walda*, *Rutpert de Inneshusen*, *Isanrich de Lobch*, & filij eius *Heinrich*, *Isanrich*, *Konrat de Haidolsingen*, & frater eius *Fritelo*, *Engeldie de Pacham* pater *Aribonis*, *Geruic de Rubendorff*, *Diepolt de VVippenhusen*, *Engilmar de Herbigekürchen*, *Sigisfrit de Woldesdorff*, *Sigiboto*, *Calzo de Marzilinga*, *Sigiboto de Perge*, *Hainrich de Tumpeln*, *Geruic de Kamera* & frater eius *Vadalrich*, *Bernhart de Mettenbach*, *VVernhere de Wilach*, *Witelo de VVarthenperc*, *Chunrat* & frater eius *Geruic de Horskenhouen*, *VValtther de Asken*, *Gebehart de Humpretesh*, *Hiltiprant* & frater eius *Hainrich de Adelhereshusen*. H.

Quidam *Hainricus*, de *Osterhusen* tradidit per manum *Vadalrici* nobilis viri de *Giebingen*, ad altare sancti *Michaelis* & sancti *Stephani*, quicquid in eodem loco habebat, potestatiuis manibus absque omni contradictione, pro sua salute, parentumque suorum, & pro omnibus debitoribus suis, hac scilicet conditione, vt ipsi ad vitam suam remaneant, nisi prius ultimo dimittat, hanc delegationem suscepit *Otto Frisingensis* Episcopus cum Abbate *Sigmaro*, adhibitis his testibus, præfatus *Hainricus de Osterhusen*, *Vadalricus de Giebingen*, qui & delegatorum *Isanricus de Lobch*, *Altman de Haselbach*, & filius eius *Sigehardus*, *Grun*, de *VVieren*, *Sefrit de VVihsen*, *Herbort de Erlhusen*, *VVernhart* filius *Geruici de Kamera*, *Hainricus de Perchach*, mortuo autem prædicto *Hainrico*, filij eius de prædio contentionem mouentib. *Dñs Rapoto Abbas S. Stephani*, dedit eis de suis filiis tredecim talenta, vt abdicarent, & abdicauerunt. Testes *Conradus Dux* & filius eius de *Dacharue*, *Volmar* & frater eius de *VVililien*, *Pilgerim de Ezinhusen*, *Ortolf* & frater eius de *Sigemarshusen*, *Heinricus* & frater eius de *Otteshusen*, *Amelpreht de Osterhusen*, *Sigisfridus Cocus*.

Eppo de *Mummendorf*, tradidit prædium, quod habuit in loco qui dicitur *Tölinperch*, ad altare *S. Stephani*, pro remedio animæ suæ, omniumque fidelium defunctorum absque omni contradictione, quicquid in eodem loco possederat, his testibus, per aures tractis, *VVolfhere de VVolfoldesdorff*, *Ludruic de Haidolsingen*, *Hainrich de Hersheim*, *Hainrich de Humpeln*, *Adalhart de Rotinpach*, & *Engildie*, *Starfrit de Armoltingen*, *Eribo*, de *Panhan*, *VVernhere de Irimundesbach*, *Diepoldus de Pillungestorf*, *Hainrich de Hadariuhesdorf*, de familia *Elpinus de Perchach*, *Gabehart de Humpreteshusen*, *VVilrichus de Zöllingen*, conuersi nostri, *Hüger Rudiger*, *Reginpreht*.

In tem-

IN tempore Aduocati *Otonis*, audite omnes Christiani, quod quidam homo *Haltus*, uelcui quis uocaris, parauit contentionem magnam propter *Richersbusen*. Et illa contentio soluebatur per manum aduocati, & per manum Abbatis *Meginhardi* sexaginta denariis. Testes *Conradus de Dachow* & eius filius, *Otto de Mosin*, *Janrich de Lobkirchen*, *Woluolt de Woluoldestorff*.

Quidam ministerialis sanctæ *Mariæ Fritilo* nomine de *Suambildorff*, emit prædium unum, in loco qui dicitur *Wachraïne* à Canonicis sancti *Andree* decem talentis, & suscepit id prædium ab eis per manum Aduocati eorum *Conradi* Comitis de *Dachow* sibi hæreditario iure habendum vel dandum quomodo unquam uellet. Cuius rei testes sunt *Conrad. de Haidoluingen*, *Luipolt de Frisingen*, *Gervuart de Paccharn*, *Pertbold*, *Pebaim de Frisinga*, *Hiltprand de Adilherisbusen*, *Hainricus* & *Pertboldus* ministeriales de *Rota*, *Hainrich*, *Pelliz de Frisingen*.

Notum sit omnibus qualiter *Rudolphus de Pubinh.* fecerit iniuriam Ecclesiæ sancti *Stephani*, iniuste uendicans sibi prædium in *Hortilshusen*, quo usque ad sua tempora Ecclesia præfata semper libere possederat, sed hanc *Werram* soluit Abbas *Sigmarus* hoc modo. Dedit namque eidem *R.* prædium unum in *Suabinga*. Et è contra *Rudolphus* dedit Abbati quatuor talenta, & abdicauit se iniusta uendicatione, unà cum consanguineo suo *Vdalrico de Hortilheim*, & delegatum est idem prædium ad altare sancti *Stephani* per manus *Gervuici de Rubendorff*, & *Rutlandi de Pubinheim* coram *Ottone* Episcopo suscipiente illud Aduocato eiusdem Ecclesiæ *Ottone* scilicet Palatino Comite. Cuius testes sunt *Adalbero de Prucca*, *Sigifrit de Vilbach*, *Folchart de Pigarten*, *Rudolf de Vrsinhusen*, *Sigoto de Marcell*, *Eberhart de Verda*, *Ainrich de Elbach*, *Dietrich de Straztorff*, *Pero de Tagoluinga*, *Gervuic de Rubendorff* qui & delegator, *Wolphere de Perchusen*, *Gosfrid* Celiarius Episcopi de *Frisinga*.

Notum sit omnibus qualiter prædium ad *Hortilshusen*, Ecclesia sancti *Stephani* semper tenuerit proprium, & usque ad hæc tempora ab eius possessione nunquam fuerit alienatum, sed quia iam Domini *Rudolphi* iniusta uendicatione turbatur, qui sibi prædium idem à parentibus suis celsisse testatur, quid iuris in eo parentes eius habuerint, hoc modo ueraciter declaratur: *Aribo* quidam de *Hortilshusen*, cum patre suo *Irminfrido*, & cum eodem prædio ad Ecclesiam sancti *Stephani* pertinuit. Is *Aribo* duxit uxorem uiduam quandam de *Pubinh* matrem *Rutlandi*, ex qua suscepit filium nomine *Wolkos*. Post cuius ortum, numerata inter eos consanguinitate diuisi sunt ab inuicem, & mulier reuersa est *Pubinh* ad filium suum *Ruthandum*. Et hac affinitate auiæ suæ Dominus *Rudolphus* se prædio nostro adiungit. Defuncto uero *Aribone* filius eius *Wolkos*, qui utique sancti *Stephani* non erat, idem prædium sibi quasi ex iure patris uirpauit, sed resistente sibi *Erchangelo* Abbate adeo contouersia processit, ut ab amicis Abbatibus illipes abscinderetur, quod propter se factum Abbas indoluit, & prædicto viro compaciens ei prædium idem cum decima una in *Diemen* ad suum uiuere concessit. Post mortem uero eius, cum filius eius *Aribo* similiter ad Ecclesiam sancti *Stephani* non pertineret, prædium idem nullatenus prorsus ratione potuit detinere, donec coram Episcopo *Hainrico*, & *Ottone* Palatino Comite communi deliberatum est consilio, ut præfatus *Aribo* acci-

peret uxorem de familia sancti *Stephani*, filiam scilicet *Reginberti de Neringen* ex qua suscepit filium, cum quo matre defuncta se ad Monasterium sancti *Stephani* contulit, in cuius Dominium sic absque vlla contradictione prædictus locus concessit, donec ad aduentum *Isangrimsi* Monachi & consanguineorum illius cœperit nobis violenter aduersari.

Dieboldus Marchio dedit nuptum filiam suam *Friderico* Comiti aduocato *Ratisponensium*, cum qua delegauit ei tale prædium, quale habuit in loco qui dicitur *Timenhusen*, quod prædium dedit idem Comes *Fridericus Eberhardo de Sunzingen*, delegans illud in manus *Hartuici* Comitis de *Cregilinga*, seruandum per eundem *Eberhardo*, aut dandum quomodo ipse vellet. Notum ergo sit omnibus, quomodo fratres Ecclesiæ sancti *Stephani Frisingæ* emerint hoc prædium, ab eodem *Eberhardo*, suscipientes delegationem eius hoc modo, *Gerhardus* Comes filius præfati *Hartuici* patris hæreditarius successor, in ciuitate sua *Tolstaine* delegauit idem prædium in manus *VVernberi de Giebestorff*, delegandum per eum Ecclesiæ sancti *Stephani* assidente ibi matre Comitis & testificante, quia patri eius esset legitimè delegatum, præfato quoque *Eberhardo* iurante, quia ei hæreditariè successit delegatio. Testes *Eberhardus de Sunzen*, *Chuno de Liupoldishouen*, *VVernberi de Niebestorff*, *VVrint de Oberhahstetn* & fratres eius *Adalbero* & *Reginmar*, *Hartnit* & *Hoholt*, & iterum *Hoholt* ministeriales. *Gerhardi* Comitis. Postea *VVernberus* fidei suæ memor fecit delegationem eiusdem prædij ad sanctum *Stephanum* coram *Ottone* Palatino Comite Aduocato sancti *Stephani*, qui & suscepit eandem delegationem. Cuius ei testes sunt *Vdalricus de VViefrideshouen*, *Marquardus de Kisingen*, *VVolfram de Aslahishusen*, *Adilbertus de Tolnze*, *Hainrich de Empfenbach*, *VVolfinigel de Sandoltishusen*, *Vdalrich de Giebingen*, *Rutpreht de Pfolspunt*, *Hartnit de Sandoltishusen*, *Vdalrich de Kamera*, & nepos eius *Geruich*, *Bernhart de Mettenbach*, *Hainrich Kopff de Euchenhouen*, *Herimannus Fux*, *VVitilo de VVartenberc*, *Rudiger de Lintaba*, *Hainrich de VVolfoldesdorff*, *Rudolf de Aichabe*, *Frisingenses* Ministeriales, *Conradus de Haidoluingen* & frater eius *Fritilo de Suanchiltorf*, *Sigfrid de VVilbach*, *Ortolf*, & frater eius *Fritil de Haidoluingen*, *Pernger de Lenginselt*, *Aseuvin de Lengindorff*.

Notum sit Christi fidelibus præsentibus & futuris, qualiter *Richolfus de Flisingen* & filia eius cum filio suo tradiderunt ad altare sancti *Stephani* tale prædium, quale habuerunt in eadem villa. Huius rei testes sunt *Dieboldus* & filius eius *Dieboldus de VVipenhusen*, *Karolus de Vrschenhouen*, *VVolfchere de Wolsfeldsdorff*, *VValchan* & *Purchart de Pungarten*, *Arnolt*, *Reginmar*, *Vdalricus de Frisingen*, *Luipold de Oufte*, ex nostris *Pertoldus*, *Chunrat*, *Ortvin*, *Vdalscalou*, *Marquart*.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, qualiter *Karolus* & vxor eius *Mathilt de Frisingen*, tradiderunt super altare sancti *Stephani* tale prædium, quale habuerunt apud *VValtenhouen*. Huius rei testes sunt, *Ortolf* & *Sigihart de Heidoluingen*, *VVolfart*, *Richere*, *Engilmar*, *Heinrich*, *Perhsold de Horskenhouen*, *Elpvin de Perchach*, *Dietmar de VValtenhouen*, *Rudiger*, *VVolfkoz de Kollbach*.

Compertum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter *Otto* Palatinus Comes & filius eius *Heremannus* iniuste sibi mancipauerunt quædam mancipia s. *Stephani*

phani scilicet *Pérholdum*, *Hainricum*, *Arnoldum*, *Conradum*, *Gislam*, *Adilhart*, & filios materteræ eorum *Himizilen*. Quæ mancipia idem Palatinus *Otto* & *Herimannus* resignauerunt acceptis tribus talentis. Huius negotij causa per aures tracti sunt *Adilpero* de *Pochsperg*, *Purchart* de *Mospurg*, *Gervicus* & *Werinhart* filius, *Rudolf*, *Adilolt* de *Chamere*, *Gervic*, *Richere*, *Hainrich* de *Horskenhouen*, *Heriman* de *Aribenhouen*, *Herman* de *Perge*, *Wernhart*, *Vlich* de *Holzenhusen*, *Wernbero*, *Sigisfrid*, *Wimar* de *Folchertesdorf*, *Friderich* de *Vergenbach*, *Friderich* de *Celia*, *Alsum* de *Wolfspach*, *Carolo* de *Horskenhouen*.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam ministerialis Comitis *Ottone* de *Woluerateshusen* *Hartmannus* nomine tradidit super altare sancti *Michaelis* & sancti *Stephani* tale prædium, quod habuit apud *Wetilenhem*, & apud *Aragarten* & *Wachram*, pro remedio animæ suæ & parentum suorum, sine omni contradictione, fratribus Domino & sanctis eius inibi seruientibus, & aliud prædium in prædicto vico *Aragarten* tradidit per manum delegatoris sui *Adilberti* nobilis viri de *Pach*, & hæc acta sunt promissione & commissio *Heinrici* Comitis de *Woluerateshusen*. Huius rei testes extiterunt *Gebehardus* de *Hobenburg*, *Richere*, *Adilbero* de *Reginide*, ministeriales *Heinrici* Comitis de *Woluerathusen*, *Egilolf* de *Gagers*, *Hainricus* de *Scellenheim*, *Lazarus*, *Altman*, *Gerloch* de *Vringimannen*, *Adilbertus* idem delegator de *Pach*, *Carolus* *Richere* de *Horskenhouen*, De nostris, *Reginoto* de *Affoiterbach*, *Aluwin* de *Perchach*, *Marquart* de *Chienberch*.

Querint omnes Ecclesiæ filij præsentis & posteris, qualiter quidam Comes de *Chregelingen* duo beneficia, quæ iure ab Ecclesiâ sanctæ *Mariæ* collata possederat, coram *Ottone* venerabili eiusdem Ecclesiæ Præsule remisit, hoc pacto, ut in ministerium fratrum *S. Stephani* illa traderet, & loco eorum prædicti fratres duo vicissim alia prædia Comiti restituerent. Restituta verò à fratribus sita sunt vnum *Morspach*, aliud *Holzihusen*, à Comite autem data Curia vna *Gunzenhusen*, & huiusmodi *Madalhartshouen* sita sunt. Inter quos ne postmodum fieret vlla dissensio, sub testimonio nobilium testium confirmatum est prædiorum, virorumque concambium, quorum hæc sunt nomina, *Gerhardus* Comes de *Chregelingen*, *Conradus* Comes de *Dachorve*, *Hainricus* Comes de *Wolfrateshusen*, *Pilgrimus* de *Wolmuthsa*, *Gebehardus* de *Homburch*, *Amalbertus* de *Lochusen*, *Waltmannus* de *Pasperch*, *Hainricus* de *Lachchirchen*, *Chunradus* de *Haidilingen*, *Fridericus* de *Hegiligen*, *Arnoldus* de *Zilhusen*, *Vvaltherus* *Hirsuogil* de *Hafcha*, *Rudolphus* de *Pubinhusen*, *Egilmarus* de *Zielhusen*, *Fridericus* de *Pubindorf*, *Gervicus* de *Pubinhusen*, *Hainricus* de *Scellenheim*, *Frider.* de *Rubindorf*, *Gervicus* de *Pubinhusen*.

Omnino nosse cupimus sanctæ religionis populos, qualiter *Guzvinnus* quidam *Ratisponensis* ciuitatis habitator tradidit monasterio sancti *Stephani* vnum *Vilbenstuen* quondam proprietatis suæ Domum in *Ratispona* cum territorio, cui eadem imposta Domus erat, tradidit autem hoc modo, rogando scilicet fidei iussorem suum *Baldurvinum* cognomine *Puterich* nepotem suum, ut eam Domum cum territorio delegaret in manum filij sui *Guzvini* per eum antedicto monasterio perpetuo iure cõseruandam. Quod testamentum confirmatum est præsentia & auctoritate Domini *Friderici* Palatini Comitis *Advocati* præfati monasterij ante Ecclesiam *Nideran* *Munsiure* *Ratisponæ* ad Curiam illam, quando discordia illa, quæ fuit inter *Heinricum* Ducem *Bauiariæ* & Episcopum eiusdem ciuitatis *Hartivicum* pacificata est. Testes erant plurimi nobiles & electi, quorum

pauca nomina istius testamenti scripturæ subscripsimus, quæ sunt huiusmodi, *Chunradus Comes de Ronigen, Purchart de Moseburch, Adilbero de Starholdeshouen, Otto de Askaim, Rudolphus & filius eius Rudolf de Passperch, Purchart de Elzingen, Peringerus de Lenginueth, Adilbart de Prisingen, Sigifrit & frater eius Osrich de Wartiperch, Sigifrit de Ridigen, Rudigerus & Henricus de Lintabe, Henricus Sibenbar, Paldurvinus Puterich, Waltherus de Gisinbeth, Sigifridus de Vttingen* tradidit prædium vnum in *Rennenbach* huic monasterio. Tradidit autem in manus delegatoris Domini *Cunradi de Wartiperch* delegandum quomodo delegatio fiat & cedat precibus Abbatis & fratrum, quæ pactio & delegatio facta est præsentate Aduocato nostro *Ottone Palatino Comite, & fratre eius Domino Friderico*. Testes *Vadricus de Lochusen, Perchtoldus de Pratinprun, Ortolfus de Teggrinuvane, Adilhardus de Prisingen, Hainricus de Iorbe, & frater eius Hartlip, Rudigerus de Lintab, Henricus de Wolfoldorf, Gotesfridus Pincerna de Hulsdorf, Stur. Fridericus, ipse Sifridus de Vttingen, Rabevinus de Perchach.*

Norum sit omnibus, veritatem quæ Christus est indagantibus, qualite: *Otto Palatinus de Witilinspach, & filius eius Fridericus* tradiderunt super altare sancti *Stephani*. Curiam sitam in viculo quodam *Sindoltingen*, pro remedio animarum suarum & omnium debitorum suorum potestati in manu sine omni contradictione & ipsi cum subscriptis, testes effecti sunt, *Otto de Mosin, Piligrus de Wolmutsahe, Odalrich de Chelbaim, Pernbere de Volchrateisdorf, Rucher de Phrunpach, Richer de Horschenhouen, Hartvvic iudex, & Waltrich de Frisinga.*

Nouerint omnes fidelium populi, quod *Durinchart de Pirpoum & vxor eius Iuditha* cum filiis suis coram Rege & aduocato nostro *Ottone Palatino Comite* abdicationem fecerunt de prædio nostro *Tazinuvanch*, de quo contendebant hoc pacto, vt susciperentur in monasterio nostro duæ filiarum eorum, addideruntque nobis hubam vnam *Winden* cum sedecim mancipiis. Cuius rei testes sunt, *Odalrich de Steine, Altman de Siginperch, Wernher de Labere, Reginolt de Otelingen, Wernher de Giebedorf, Adilpert de Preinnungeszouen, Perchtold de Tumprunnen, Adilperth de Steine, Gotesfrid de Erlhingeshouen, Engilhart de Luterpach, Reginer de Eringespach, Herman de Hissfelden, Herman Crops de Wibinpach, & mater eius Conradus, Adilpert de Sanne, Nudunch de Nuiuenperch & Vadrich frater eius, Henricus de Stophe, Conradus de Werde, Ratlant de Adenuelt, Hartman de Pacinhouen, & Iurinchart frater eius, & filius eius Hartman, Pertold de Raske, Odalrich Pruchel de Neuenperch, Serutolf de Bilbesabe, Luipolt de Grintelach, Hainrich de Pappenheim.*

Peringerus quidam de *Lenginuelt* tradidit huic monasterio proprietatis sue hominem, nomine *Henricum* in manus ipsius Aduocati nostri *Ottonis Palatini Comitis* sub testimonio horum pro tribus solidis, *Henricus de Wolfoldesdorf, Gervvicus de Horskenhouen, Rabevinus de Perchach, Lutherus de Ride, Reginbertus, Kelsrat.*

Sigifridus de *VWartenberch* prædiolum quoddam apud *Herlingeshouen*, quod a quodam *Richero de Horskenhouen, & vxore sua nomine Hailika* pro quinque talentis ab eo sibi commodatis in vadimonium acceperat cum manu *Conradi Comitis de Valaige*, cuius ministerialis prædicti *Richeri* vxor extitit, ad quam etiam prædiolum illud pertinuit ad altare sancti *Stephani* pro sua ac omnium suorum salute parentum coram Episcopo *Ottone* tradidit eo pacto, vt frater inibi

Domino

Domino seruientes proprietatis iure illud obtinerent, quo ad usq; quinq; talentis ab eis solueretur, & si interim ipse *Sifridus* ab hoc saeculo migraret, quicquid de suis rebus, vel bubus praedio tunc temporis inesse contigerit, totum in usum praedictorum fratrum cederet, & adhuc pecuniam de redemptione sperarent. Huius rei testes sunt *Purchart de Mospurch*, *Otto de Mosen*, *Deginhart de Sefelt*, *Vdalrich de Lochusen*, *Vdalrich de Giebingen*, *Geben de Funsingen*, *Dietrich de Dorfin*, *Vdalrich de Holzhusen*, *Dietrich de Haitinkaim*, *Sigifrit de Gifilinga*, *Ainrvich de Hittensfurth*, *Oeserich de Struzdorf*, *Vdalrich de Chelheim*, *Erich de Wistlinesbach*, *Rudolf & frater eius Gervvic de Pugenhusin*, *Hartvvic de Euchenhouin*, *Adilloth de Dorninbach*, *Arnolt de Vttenburch*, *Gervvic de Horkenbouin*, *Hainrich de Perchach*.

Hoc quod hic scribimus, notum fieri omaibus volumus, quaedam videlicet mancipia ad altare *S. Mariae Frisingae* pertinentia apud *Linterin* conuenerunt, his *Otto Senior* Palatinus Comes fuerat ab Episcopo inbeneficiatus, quibus & ipse *Bernhardus de Stuse* inbeneficiavit, & iterum ille *Wernherum de Wacheringen* ipsis inbeneficiavit. Ex his quaedam in monasterio *Admundensi* sunt conuersa, & sola germana eorum *Willibirch* in saeculo remansit. Hanc cum filiis suis interuentu *Admontensis* Abbatis, & Abbatis *VVihensteuenensis* praedictus *VVernherus Bernhardus* retradidit, & iterum ille senior palatino commisit, qui & ipse Episcopo eam retradidit, qui eam cum filiis suis ad altare *S. Stephani* ad annualem censum exsoluendum dedit. Testes *Otto* Palatinus Comes, *Conradus Dux de Dachvve*, *VVernhardus de Stuphe*, *Deginhardus de Seuele*, *Piligrinus de VVolmtesabe*, *Dietricus de Dorfen*, *Dietricus de Sclavvingen*, *Henricus de Lochkürchen*, *VValtman & frater eius*, *Rudolfus de Pastberch*, *Chunradus de Haidolsingen*, *Dietsoldus de VVippenhusen*, *Engilmar de Massenhusen*, *Gervvicus de Cammer*, *Gervvicus de Horschenbouen*, *Sigifridus de VVartenberch*, *Rutlandus & frater eius Rudolfus de Pubenhusen*, *Gervvicus de Pubenhusen* cum aliis multis.

Fidelium Ecclesiae innotescat memoriae, qualiter inter se fratres de monasterio *S. Stephani Frisingae* ac fratres de *S. Lamperto Seruen* communi assensu eademque voluntate, ut duo ad inuicem praedia commutarent ad *Ilgisingen* videlicet de parte fratrum *S. Stephani*, de parte vero fratrum *S. Lamperti*, quicquid proprietatis haberet eorum monasterium in loco qui dicitur *Rimen* conuenerunt pactamque commutationem coram *Ottone* Palatino juniore, utriusque loci aduocato, presentibus suis Abbatibus *Ganthero de S. Stephano*, & Domino *Heimone de S. Lamperto* sub testamento firmauerunt. Cuius rei testes sunt *Dietricus de Dorfen*, *Aribo de Piburch*, *Dietrich de Slivvingen*, *Pilgrim & frater eius Perchtold de VVolmtesa*, *VVernhart de Horbach*, *Eberhart de Stainbach*, *Otto de Holzen*, *Ainrvich de Hittensfurt*, *Gerloch de Tuingen*, *Brune de Seruen*, *Sigifridus de VVartenperch*, *Conrad de Appartingen*, *Vdalrich Sibenhar*.

Item notum sit omnibus Christi fidelibus, *Hainricum* Comitem de *VVofratehusen* in extremis suis delegasse praedium quod habuit apud *VVernolsingen* tres videlicet hubas cum decem mancipiis in manus *Vdalschalchi* nobilis viri de *Vffel-dorf* ad tradendum ea ad altare *S. Stephani* pro remedio anime sue & omnium parentum suorum, quae traditionem ipse *Vdalschalkus* postea sicut rogatus fuerat, fecit se his testibus, ipse *Vdalscalenus*, *Purchardus* nobilis vir de *Lobesingen* & de *Cheskeringē*, *Aribo de Studach* Praepositus eiusdem Comitatus, *Perhart de VVofratehusen*, *Vdalrich de Niedergeltingen*, *Libart de Valcia*, *Perhtol de VVachinspach*, *Gervvic de Leren*, *VVolfher de Iahinstorf*, *Egilolf de Ismanningen*, *Gervvic de Khamere*, *Hainrich de VVolfaltesdorf*, *Hainrich de Perchach*, de familia *Haimo*, *Otto*, *Adilperth*, *Gotepolt*, *Timo*.

Notum

Notum fieri cupimus, tam futuris quam presentibus, Dominum *Cunradum* Ducem de *Dachorve* prædium suum apud *Hachingen* situm in manus *Cunradi* Comitis de *Valage* delegasse hoc pacto, ut tertiam partem ipsi prædium ad altare sancti *Stephani* delegaret, & ipse Dux in expeditione illa quam cum Rege *Friderico* iurus contra *Mediolanenses* erat, obiret, & proximum hæredem ipsius Ducis in ipso prædio jus advocati debere retinere denunciaret. Itaque ipso Duce in eadem expeditione obeunte, Comes *Cunradus* fideiussor ipsius tertiam partem prædicti prædij sancto *Stephano* delegavit, & proximum hæredem Ducis illi Advocatum esse debere denunciauit. Testes ipse Comes *Conradus* de *Valage*, *Arnoldus* Comes de *Dachorve*, *Cunradus* filius ducis *Cunradi*, *Vdalricus* de *Luchusen*, *Vdalricus* de *Wicfrideshusen*, *Rudolfus* de *Musbach*, *Engilmarus* de *Guncenhusen*, *Fritilo* de *Ismannigen*, *Siboto* de *Pacharan*, *Heinricus* de *Otershusen*, *Amelbertus* de *Otershusen*, *Volmar* & frater eius *Witilip* de *Pelehaim*, *Perhtoldus* de *Sulzimos*, *Mezilo*, *Pilgrim*, *Pezilo* de *Frisinga*.

Notum sit omnibus in Christum credentibus, qualiter *Conrad* Comes de *Phalaige* tradidit ad altare sancti *Stephani*, partim pro Dei amore partim pro tribus talentis, monete *Ratisponensis* nouæ, & pro vna *Karrada* vini dimidiam hubam apud *Otolteshusen* & vine tum quoddam apud *Pozen*. Cuius rei testes ipse *Cunrad* Comes de *Phalerge*, *Heinricus* & frater eius *Hartmuth* de *Haimenhusen*, *Hainricus* de *Harenbach*, *Elberwin* de *Perbach*, *Vdalricus* & frater eius *Eberhardus* de *Stalenchirchen*, de familia sancti *Stephani*, *Perhtoldus*, *Adilbertus* faber, *Wolfherus*, *Meginhardus*. Postea earundem fecit abdicationem rerum vxore eius cum duobus filiis suis *Ottone* & *Cunrado* apud *Valeiam* urbem suam presente legato fratrum monasterij sancti *Stephani*, nomine *Isingrimo*. Testes *Conrad* Comes & vxor eius, & supra memorati filij sui, *Otto* & *Conrad*, *Odalricus* de *Lochusen*, *Adilbero* de *Prake*, *Vdalricus* de *Hohenraine*, *Hartuvic* de *Richolfsdorff*, *Otto* & *Rudolphus* frater eius de *Vispach*, *Rudolf* de *Zale*, *Heinricus* de *Richolfsdorff*, *Eberhart* de *Agingen*, *Hartmuth* de *Haimenhusen*, *Konrad* de *Perge*, *Perhtold* de *Pueche*, *Vdalricus* de *Luibrafesdorff*, *Sigehart* de *Spilberche*.

PURCHARDVS de *Flicinga* parauit nobis *Werram* de prædio nostro in *Hubendorff*, quæ composita est coram *Ottone* Palatino Comite, advocato nostro, traditis eidem *Purchardo* à fratribus sancti *Stephani* tribus solidis, & eodem *Purchardo* abdicante se omni iure de eodem prædio. Cuius rei testes sunt *Fridericus* filius *Palatini* Comitis, *Rupertus* de *Tunnesheim*, *Luitold* de *Haganoua*, *Carolus* de *Aiterbach*, *Gervvic* de *Camera*, *Gervvic* de *Horsheim*, *Adilolt* de *Camera*, *Altman* de *Hasalbach*, *Hainrich* *Cost* de *Fuch*, *Hainrich* de *Perbach*, *Hainrich* de *Wolnoltesdorff*, *VVolfner* de *VVolfnesdorff*, *Grimolt* de *Frisinga*, *Sigfrut* filius *VVitilini* de *VVartenperch*.

Eodem *Purchardo* contentionem mouente pro eadem causa coram Domino *Ottone* Episcopo sententia ministerialium abiudicata est ei omnis appellatio de eodem prædio. Testes *Engilbertus* *Hallensis*, Comes, *Hartuvic* de *Ruta*, *Hainrich* de *Etlinga*, *Isanricus* de *Lochchürthen* & duo filij eius *Hainrich*, *Isanrich*, *VValtman* de *Pasperch* & frater eius *Rudolf*, *Altman* de *Hasalbach* & filius eius *Sigehardus*, *Arvovic* de *Hittensfurt*, *Hainrich* de *Humpeln*, *Folchart* de *Pacharn*, *VVolfstere* de *Perchusen*, *Fero* de *Tagoluingen*, *Adilbertus* de *Baga*, *Arnolt* de *Zielshusen*, *Baldwin* de *Zollingen*.

Patris Ecclesie filij nouerint vniuersi, qualiter ad petitionem Domini *Guntheri* Abbatis & fratrum sancti *Stephani Wibensteuen* Dominus *Heinricus* Comes de *Wolfrateshusen* quandam famulam suam *Adilhidem* cum omnibus filiis suis & omni posteritate sua ipsis se daturum sponderit, & sponsonem ipsam hoc modo persoluerit. Causa ipsius sponsonis predictus Abbas quendam Monachum *Rudigerum* dictum ad prefatum Comitem misit, qui Comes coram ministerialibus suis predictam mulierem cum omni posteritate sua ad altare S. *Stephani* delegandam pro salute anime sue & parentum suorum, & omnium fidelium defuactorum in manus ipsius Monachi tradidit, quam delegationem ipse monachus absq; omni contradictione ad altare S. *Stephani* fecit coram subscriptis testibus, *Heinricus* de *Perchae*, *Elbuvinus* de *Perchae*, *Vilibaldus* & filius eius *Pernhardus* de *Adershusen*, de familia *Pertholdus*, *Haimo* incisores lignorum, *Adilbertus* faber, *Wolferus*, & frater eius *Walduinus*.

Nouerint omnes in Christo credentes, tam futuri quam presentes, qualiter *N*eo *Otto*, Dei gratia sancte *Frisingensis* Ecclesie pontifex rogatu *Guntheri* Abbatis de *Wibensteuen*, & fratrum suorum concambium patrauit inter prelibatum Cœnobium & Episcopatum forestis cuiusdam euidenter determinati pro tribus hubis in villa *Marcellingen* nuncupata & moleadino & curtilio *Hergenuhe* & pro decem & septem mancipiis. Huiusmodi verò concambium vtrunq; recepit. & confirmauit *Otto* Palatinus Comes senior & filius eius *Otto*, aliis quam pluribus ingenuis & ministerialibus prelibatæ rei attestantibus. *Otto* Palatinus Comes, & filius eius *Otto*, *Cunrad* de *Dachorve*, *Pilgrim* de *Volmothshæ*, *Purchart* de *Mospurg*, *Dietrich* de *Haitenkaim*, *Karolo* de *Atterbach*, *Eberhart* de *Friskendorf*, *Lutold* de *Hagenhoue*, *Altan* de *Sigenburch*, *Sigfrid* de *Wartenberch*, *Hainrich* de *Loebkiirchen*, *Tanvvich* de *Hittensurte*, *Dietrich* de *Dorsen*, *Konrat* & *Lutevvich* de *Haidoluingen*, *Odalrich* de *Holzehusen*, *Gervvich* de *Camere*, *Gervvich* de *Horskenhouen*, *Hainrich*, de *Wolvoltesdorf* *Gotebolt* & frater eius *Heinrich* de *Piefenbach*, *Rudolf* & frater eius *Gervvich* de *Pubenhusen*, *Purchart* de *Flitzingen*, *Aribo* & filius eius, *Aribo* de *Humpretshusen*, *Vvaltrich* & *Perthold* de *Frisinga*.

Nouerint omnes fideles Ecclesie, qualiter *Arnoldus* Comes de *Dachorve* prædium quoddam, *Muthsvindentoch* vocatum, quod à quodam *Tragboto* de *Khamere* & vxore & filius eius, qui ministeriales erant, prædicti Comitis alio prædio redemerat ad altare sancti *Stephani* potestatiua manu pro precio quadraginta & sex & semis talentorum delegauit. Testes *Arnoldus* Comes de *Dachorve*, *Egilof* de *Iginspach*, *Cunrad* de *Pippenfried*, *Sigehart* de *Dachorve*, *Tragboto* & *Vdalrich* de *Camere*, *Cunrad* de *Iesenbach*, *Hartnit* de *Petershusen*, *Ascvvin* & *Vvolfole* de *Gamelingen*, *Gervvichus* de *Horskenhouen*, *Hainrich* *Luther*, *Rubevvin* de *Perchach*, *Sigehart* & *Cunrad* de *Tul*.

Dietpoldus quidam de *Sindeshusen* per manum delegatoris sui *Rudolfi* de *Pubenhusen* tradidit ad altare sancti *Stephani* post vitam suam quoddam proprietatis sue prædium in villa sicum *Ismaningen* in præsentia aduocati nostri *Otonis* Palatini Comitis. Testes *Purchart* de *Moschburch*, *Aribo* de *Piburch*, *Rudolfus* de *Pubenhusen*, *Gotpole* de *Giefenbach*, *Heinrich* de *Vvolfolesdorf*, *Dietpoldus* qui tradidit, & alij quam plures.

Nouerit omnis fidelium Ecclesia, qualiter Dominus *Rapoto* Abbas sancti *Stephani* commutauit quoddam prædium *Holaven* dictum, à venerabili *Frisin-*

Frisingense Ecclesiæ Episcopo *Adilberto* cum prædio alio situm in vico qui dicitur *Timenhusin*. Erat autè hoc prædium in *Holaren* Domino *Ottoni* Palatino Comitè à *Frisingensi* Episcopo beneficiali jure concessum, iterumque illud Dominus *Otto* homini suo cuidam *Eberhardo* de *Frickendorf*, similiter autem *Eberhardus* pro hominio præstito cuidam *Dietpoldo* de *Sindeshusin* idem concesserat, ex quibus duorum in fine nominatorum assensum de commutatione mediante non modici precij quantitate prædictus Abbas obtinuit. Tandem in præsentia tam Episcopi *Adilberti* quam *Otonis* Palatini Comitè utriusque Ecclesiæ Advocati, & assensum utriusque supra nominati hominis concambium peractum est, & testimonio plurimorum confirmatum est. Testes *Otto* Palatinus, Comes de *Roningen*, *Pilgrim* de *Wolmutsabe*, *Arivo* de *Biburch*, *Vdalschalchus* de *Vsilndorf*, *Dietricus* *Pernhart*, *Otto* de *Mosen*, *Luttold* & filius eius, *Luitold* de *Haginorve*, *Dietricus* *Perrwingen*, *Perhtold* de *Erphenbrunnen*, *Vdalrich* de *Purgibach*, *Conrad* de *Haidoluingen*, *Rudolf* & frater eius *Gervvic* de *Pubinhusen*, *Engilmar* de *Gunzinhusen*, *Arnolt* *Saluvve*, *Eberhart* de *Werde*, *Goteschalchus* de *Abrehtespeig*, *Sigisfrid* & frater eius *Osrich* de *Wartinberch*, *Adalbart* de *Prisingen*, *Heriman* *Fues*, *Hainricus* & frater eius *Guntherus* de *Giesebach*, *Heinrich* de *Wolfolesdorf*, *Dietpolt* de *Sindeshusin*.

NOuerit omnis multitudo credentium quod tres fratres *Sigisfridus*, *Wimarus* & *Wernherus* de *Volchartesdorf* tradiderunt huic monasterio proprietatis suæ seruum nomine *Rudigerum* pro sex & semis talentis per manum *Otonis* *VVildegravi*, fideiussoris sui. Eodem die vxor prædicti *Sigisfridi* *Gervvirc* pro denominata quoque pecunia tradidit ad altare sancti *Stephani* vxorem antedicti *Rudigeri* *Haclamut* vocatam cum filiis suis, & cum fratre suo *Lantone*, ea, qua sibi seruerant, conditione annuente & petente eodem *Otone* *VVildegrauo* qui eadem mancipia *Gervvircæ* tradiderat. Testes *Otto* Comes, *Sigisfridus* & fratres eius *VVimarus* & *VVernherus* de *Volkratesdorf*, *Rudigerus* & filij eius *Heinricus* & *Conradus* de *Adelbereshusen*, *Lanso* de eadem villa, *VVolfradus* *Cementarius* de *Aichsteten*, *Adilbero*, *Fridericus*, *Eberhardus*, *VVolsherus*. Postea verò filij & filie, *Sigisfridi* & *Gervvircæ* eadem suo juri mancipia abdicauerunt. Testes *Sigisfridus* & duo filij sui *Sigisfridus* & *Otto*, *Dietmarus* Senior, *VVernhard* *Rudpertus* *thelonearius* de *Gisnuelt*, *Heinricus* de *Eigelperch*, *Rudigerus* de *Ranuvvege*, *Herimannus* *Suvertsurbe*. Primæ autem donationi, vbi illa mancipia à Domino *Otone* *Gervvircæ* tradita sunt, hi testes interfuerunt, *Otto* *VVildegrauo*, *Ortoff* de *Friheim*, *Adilbero* de *Incimose*, *Cunrad* de *VVichse*, *Vdalschalchus* filius *Otonis* *VVildegravi*, *Sigisfridus* de *Eiterstein*, *Goteschalchus* de *Ebrotesteten*.

ARnoldus Comes de *Dachorve* tradidit ad altare sancti *Stephani* proprietatis suæ seruum *Purckhardum* pro decem solidis. Testes *Arnoldus* de *Dachorve*, *Vdalricus* de *Lochusen*, *VVerngant* de *Lus*, *Vdalricus* *Puch*, *Sigwardus* *Naph*, *Heinricus* de *Varnolteshusen*, *Gotesfridus* de *Rottenbach*, *Fragboto* de *Camera*, *Purckhardus* de *Flizingen*, *Dietmarus* eius miles, *Cunradus* de *Pasingen*, *Hainricus* de *Mundesteten*.

SCirerogamus omnes fideles populos, passionem nostram quam fecimus scum prouisoribus syluæ *Frisingensis* Ecclesiæ. Illi namque singulis annis justitiam suam, id est, spentam importunè à nobis exigebant, nec tamen nobis nostram spentam vllatenus reddere volebant. Tandem ordinante Domino *Otone* Palatino Comite, præsentè quoque Domino *Adalberto* Episcopo, auctoritate utriusque, constitutio inter nos & illos huiusmodi facta & firmata est, vt nos illis annuatim dimidium talentum pro spenta in *Natiuitate* Domini daremus,

mus, & vnusquisque nobis similiter omnibus annis sex arbores de maioribus persoluerent. Testes *Cuno de Megilingen, Conradus de Roningen, Pilgrimus de Wolmutesbach, Aribo de Taitindorf, Osricus Swartinberch, & Sigfridus, Vdalricus de Chelheim, Hermannus Vuz, Adilbero de Giefenbach, Gervicus de Camera, Gervicus de Horschenhouen, Heinricus de Wolfesdorf, Conradus de Haidoluingen, Engilmarus de Gunzenhusen, Rudolphus de Pubenhusen.*

Quod factum est concambium inter nos & *Otonem* Palatinum Comitem, sciant omnes quotquot audierint. Commutauimus enim ab eo vnum cruciferum in *Ratissona* super quod posita erat Domus cuiusdam *Otonis*, quod idem Palatinus Comes a *Frisingensi* Ecclesia beneficiali donatione concessum habebat, cum tribus cruciferis, quæ ad possessionem monasterij pertinebant, annuente & agente Domino *Adilberto* venerabili tunc temporis prædictæ Ecclesie Episcopo. Testes *Otto* Palatinus Comes, *Arnolt* Comes de *Dachorve*, *Pernhart* de *Mosen*, *Friderich* de *Pasperch*, *Engilwan* de *Abedorf*, *Gervich* de *Pubinhusin*, *Adilbertus* *Marschalch*, *Sigfrut* de *Wartenperch*, *Vdalricus* de *Holzhusen*, *Sigihart* *Napp*.

Vniuersos Ecclesie fideles nosse cupimus, qualiter *Gervicus* de *Horschenhouen* tradidit ad altare sancti *Stephani* omne proprietatis patrimonium, quod habuit in eadem villa, annuente & præsentialiter id efficiente Domino suo *Friderico* Palatino Comite vti statim eo mortuo siue hæredes haberet siue non, ad prædictum altare liberè pertineret, eo pacto, vt illi a fratribus sancti *Stephani* concederetur ad vitam suam alia possessio, quæ sita est in eadem villa, vnde annuatim persolueret pro censu talentum argenti. Dedit autem huius pacti conventionis gratia eisdem fratribus decem talenta. Testes sunt *Fridericus* Palatinus Comes, *Cuno* de *Megilingen*, *Adilbero* de *Zakheringen*, *Wernhardus* de *Horbach*, *Cotboldus* de *Gisenbach*, *Gervicus* de *Horsheim*, *Eberhardus* de *Veltmuchen*, *Wolfrem* de *Vtingen*, *Heinrich* de *Zulesdorf*, *Isangrim* de *Leginuel*, *Vdalricus* de *Chamere*, *Otto* de *Gisenbach*.

Nouerint omnes Christiani, tam præsentis quàm futuri qualiter quidam de familia sanctæ *Mariæ Frisingæ*, nomine *Pero*, cum vxore sua eiusdem familia, *Bertha* nomine, communi assensu & voluntate tale prædium, quale possederunt in loco qui dicitur *Pacharn*, tradiderunt ad altare sancti *Stephani* prothomartyris *Wibensteuen*, potestatiuis manibus, nullo contradicente, ad recreandos pauperes ipsius monasterij Hospitali aduentantes.

Nouerint omnes fideles Ecclesie, qualiter *Heinricus* de *Wolfesdorf*, ministerialis Domini *Otonis* Palatini Comitis prædium quoddam apud *Durrenbaidolum* situm ab Abbate de *Wibensteuen* Domino *Rapotone* septem talentis comparauit, eo pacto vt sibi illud ad vitam suam & duobus filiis *Conrado* & *Heinrico*, similiter ad vitam vtriusque remaneret, & post vitam illorum trium ad altare sancti *Stephani* pro remedio animæ suæ pertineret. Delegauit ergo illud prædium ad altare supra dicti Martyrisea, qua dictum est ratione, propria manu, manibusque duorum filiorum supra nominatorum. Testes *Adilbertus* de *Sundenhusen*, *Gotshalb* de *Albretsperge*, *Hainrich* de *Tanne*, *Perhtold* de *Richershusen*, *Wernber* de *Frimundesbach*, *Wolsher* de *Holzhusen*, *Vdilribo* de *Tuchingen*, *Hainrich* & duo filij eius *Conrad* & *Heinrich* de *Wolfolten*, de familia *Haimo* & *Eberhart* & alij quam plures.

OMnium notioni fidelium scribimus, qualiter filij *Hainrici* de *Perchbach* abdicacionem fecerint prædij inibi siti, quo patrem suum beneficiatum esse iniusta contentione & direptione claustrum inuestauerant. Primum *Conradus* maior filius fecit abdicacionem in isto monasterio, præsentè aduocato nostro *Ottone* Palatino Comite & fratribus suis *Conrado Archiepiscopo* & *Friderico* Palatino, hæc conditione, vt viginti talenta sibi & fratribus suis conferentur. Testes *Vdalricus* de *Lochusen*, *Perchtoldus* de *Praitenprunnen*, *Ortolfus* de *Tegernvvach*, *Isanricus* de *Purcrain*, *Hainricus* felix puer, *Cunradus* auunculus puerorum, *Eberhardus* *Chaste*, *Hainricus* de *Wolfsesdorf*, *Gotefridus* de *Hulstorf*, *Rudigerus* de *Lintabe*, *Hartlib* de *Gisenbach*, *Fridericus* *Steir*, *Hainrich* de *Adelhereshusen*, *Arnoldus* de *Weslingen*.

Ceteri verò filij *Hainrici* abdicacionem fecerunt tres simul in præfato apud *Miltabe* sub testibus istis, *Hainricus* de *Iorze* *Lutoldus*, *Adalbero*, *Lutoldus* de *Iorze*, *Cunradus* de *Pachinhusen*, *Vdalricus* *Munt*, *Gelfradus* de *Chobach*, & filius eius, *Gelfradus* de *Horskenhouen*, *Hainrich* de *Adelhereshusen*, & socer eius de *Aittepäch*, *Hainrich* de *Nertingen*, *Conradus* auunculus puerorum, & ipsi quatuor fratres, qui & abdicauerunt, de familia nostra *Rabervinus* *Engildie*, *Gervvicus*, *Richolf*, *Hainricus*, *Eberhart*, *Hainricus*, *Perchtoldus*, *Eberhardus*, *Gebehardus*. hi omnes de *Perchbach*, *Eppo* de *Miltabe*, *Gerunc* de *Sinneshusen*, *Otto* de *Legendorf*, *Waltman* de *Horskenhouen*, *Perinhardus* de *Adelhereshusen* cum omnibus fratribus suis, *Gerboto* de *Miltabe*, *Hainrich* de *Kimberob*, *Willipoldus*, *Cunradus*, *Aribo* *Cunradus*, *Perinbart* de *Hegelenhusen*.

Nouerint omnes piæ matris Ecclesiæ filij tam præsentès quàm futuri, quod Dominus *Otto* Palatinus Comes maior de *Wartperch* aduocatus huius Ecclesiæ pro remedio animæ suæ & vxoris suæ *Dominæ Agnetis*, omniumque parentum suorum tradidit super aram sancti *Stephani* protomartyris per manum delegatoris sui *Otonis* nobilis viri de *Mosen*, prædium tale quale habuit in *Hage* sororibus hoc in loco Deo famulantibus ipso viuente specialiter ad Cameram ipsarum deseruiendum. Post ipsius verò Comitès ex hoc luce, Domino vocante, decessum, generaliter tam fratribus quàm sororibus vniuersæ simul congregationi annuatim in anniuersario ipsius depositionis die perpetualiter ex indoe seruitium constituit persoluendum. Testes huius delegationis, *Otto* de *Mosen*, *Perchtoldus* de *Erphenprunnen*, *Cunradus* iudex de *Wartperch*, *Eberhardus* de *Perge*, *Siboto* de *Pacchen*, *Arnoldus* de *Adelberge*, *Gotefridus* de *Inningen*, *Geberhart* de *Holzhusen*, *Cunradus* de *Aheim*, *Heinricus* de *Percha*, quidam ex ministerialibus *S. Frisingensis* Ecclesiæ *Heinricus* vocabulo de *Nordendorf* possederat prædium in eodè viculo, quod à patre suo, qui erat ex familia *S. Stephani* prothomartyris eiusdem Ecclesiæ proprium fuerat. Ipse verò penuria sibi incumbente opposuerat illud cuidam *Ortolfo* de *Luithartsdorf*. Volens autem renunciare seculo in monasterio prædicti martyris, confessus est palam se illud memoratò *Otoni* opposuisse pro septem talentis & tribus solidis, à quo Dominus *Reinboto* Abbas & fratres monasterij huius soluentes dederunt illi septem talenta, abdicacionem primum publice facientibus filiis præfati *Heinrici*, ipseque monasterium ingressus est. Testes *Ortolfus* de *Luithartsdorf*, *Gebehof* de *Eskelbach*, *Heinricus* & eius nepos, *Heinricus* de *Vbermüsse*, *Engilbrech* de *Wittigen*, *Heinricus* de *Amisperch*, *Arnoldus* & frater eius *Reinpertus* de *Asche*, *Wilibolt* de *Phaphingen*, *Adilhardus* de *Steinbart*, *Pilgrinus* de *Steinbart*, *Heinrich* *Brasse*, & *Arnoldus* de *Riede*, *Rudigerus* & frater eius *Dietricus* de *Eberaba*, *Srvikerus*, *Cunradus*, *Rudolfus* de *Norderendorf*, *Perchtoldus* filius ipsi *Heinrici* qui prædium dedit, *Adilhardus*, *Heinricus*, *Meginoldus* de *Werolvvingen*.

Notum

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quomodo quidam plebanus *Valschalbus* nomine de *Volkoldeſwanc* tradidit ad altare sancti *Stephani* prothomartyris *Wibenſteu*: omne proprietatis sue patrimonium quod possederat in loco qui dicitur *Golzperg* per manum fideiussoris sui *Engilmair* vocabulo de *Herbischirchen*. Insuper & oppositoram quandam, quæ ipsi stabat solidis decem in eodem loco sitam. Ipse autem prædium idem ad viuere suum perseruendum & per singulos annos in memoriam ad censum duodecim denariorum persoluendum in beneficium recepit à Domino *Reginbotone* eiusdem loci Abbate. Tradidit etiam nobis eodem die omnem facultatem suam cum vniuersa sappellectili sua, quam habere visus fuerit in hora exitus sui, tam in rebus mobilibus quam existentibus, aut si forte prius saniori consilio sæculo renunciauerit, aut vltro dimiserit, abdicata omni potestate aliunde distribuendi, excepto permisso & licentia Abbatis cuncta spondidit nobis relinquere perseruenda. Quæ traditio ne vllius posteritatis eius successione fraude seu violentia infringereetur, facta est coram Domino *Ottone* Palatino Comite maiore Aduocato huius loci. Testes subscripti, *Cunradus* de *Mosfurch*, *Cunradus* de *Dormberch*, *Rutpertus* de *Frichendorf*, *Heinricus* de *lorze*, *Valtricus* & *Ortolfus* de *Haitenchaim*, *Engilſcalch* de *Vrach*, *Gotfrid* & frater eius *Wishnandus* de *Zulſorf*, *Hainrich* *Abngrute*, *Rudigerus* de *Tuisenbach*, *Albero* *Engilmar* de *Herbischirchen*, & eius filius *Engilmar*, *Altum* de *Sikenhusen*, *Gotfrid* de *Holzhusen*, *Gotfrid* de *Hulſouen*, *Cunrad* de *Paichenhusen*, *Gisolt* de *München*, *Pilgrimus* de *München*, de familia *Cunradus*, *Aribo*, *Siboto*, *Rihbolt*, *Valtrich*.

Cvntorum notationi fidelium scripto pandimus, Dominum *Reinbotonem* Abbatem & fratres sancti *Stephani* prothomartyris *Wibenſteuen*, emisse prædiolum quoddam contiguum allodio ipsorum in *Horschenhouen* à quodam *Heinrico* de *Haimenhusen* prosex talentis, & ipse idem *Heinricus* ratam faciens illam traditionem iam dicti prædij donauit illud remota omni contradictione, per manum Domini sui *Cunradi* Comitis de *Valei*, cuius ipse ministerialis extabat super aram memorati martyris, coram subscriptis testibus *Cunradus* Comes de *Valaie*, *Hainricus* de *Haimenhusen*, *Cunradus* de *Germaswanc*, *Cunradus* de *Sulzrain*, *Rapoto* de *Hohenoue*, *Adilbertus* de *Wessinsprunnen*. De familia *Cunradus*, *Gelfrat*, serui Abbatis.

Notuerit vniuersitas cunctorum, tam presentium quam futurorum quod quidam nobilis homo *Luitoldus* nomine de *Haganorwe* pro remedio animæ suæ & filiorum, germanorumque suorum, totiusque parentela suæ salute, & pro omnium fidelium defunctorum requie tradidit super aram sancti *Stephani* prothomartyris per manum sui filij *Luitoldi* totum prædium suum, quod habebat in viculo *Seruen* vocato, tres videlicet curias quas partim comparauerat, partim sibi à germano suo longè ante defuncto in hereditariam sortem successerant & omne quicquid ibidem proprietatis iure possidebat, culca & inculta, cum exitibus & redditibus omnia donauit in vsus fratrum Domino & memorato martyri perpetualiter hoc in loco famulantium. Tradidit autem tali conditionis tenore, vt post ipsius hac ex luce decessum, eodie quo corpus eius tumulandum fuerit, & deinceps singulis annis in anniuersario obitus ipsius die, tam fratribus quam sororibus vniuersa simul congregationi ad refectorem sollempne seruitium ex sumptibus illius persolueretur, sed dissimili apparatu in *Annuntiatione* sancte *Mariæ*, annuatim etiam exinde amministraretur. Emerat autem nobis pridem prædiolum quoddam apud *Pellenhusen*

Metrop. Salub. Tom III.

pro quatuor talentis, & vineam apud *Studesbakker*, pro decem talentis ad præfatum seruitium ipso adhuc viuente in eodem summo festo *Annunciationis* impendendum, quod non plenariè, sed mediocriter cum vino solummodò & piscibus exequendum inuicauerat. Ne autem supradictæ traditionis pactio vllatenus in futurum euacuaretur in inscriptione sibi & imaginis sui quodquod factum est depictione confirmari fratribus precabatur ne vilius vnquam in posterum Abbatu seu sui Cellarij negligentia, vel obliuionis incuria æternaliter omittetur. Prætaxata autem traditio largitur perpetrata ipse *Luitoldus* præfatum prædium à Domino *Reinpotone* Abbate ad censum triginta denariorum in testimonium dandum recepit, ut ipse sumptibus illius, quamdiu viueret, potiretur. Et sic demùm illo viam vniuersæ carnis ingresso in cõmunem vsum monasterij recolligeretur. Scilicet collata sic vt hæc possessio rata, auribus hie tracti testes sunt illic facti *Conradus* Dux de *Dachorve*, *Luitoldus* filius *Luitoldi* de *Hagenorve*, *Heinricus* filius *puer*, *Gervvicus* de *Pubenhusen*, *Fritil* de *Isfemanningen*, *Dielpoldus* de *Wippenhusen*, *Engilmar* de *Gunzenhusen*, *Conradus* de *Sandolteshusen*, *Heinricus* de *Humbeln*, *Bernhardus* de *Jorze*, *Ferngerus* de *Gartenhusen*, *Hainricus* & frater eius, *Hartvvicus* de *Wolfoldesdorf*, *Conradus* de *Hirspach*, *Conradus* de *Hertshusen*, *Hartnic* de *Sigefmarshusen*, *Diethoch* de *Geggenbuint*, *Wichoto* *Schoep*, *Otto* de *Gramelingen*, *Sifridus* de *Erphinprunnen*, *Siboto* de *Hokhusen*, *Conradus* *Ludex* de *Frisinga*, *Arnoldus* de *Hagenone*, *Siboto* de *Wippenhusen*, *Otto* *Walch* de *Jorze*, *Gebolf* de *Eschelbach*, *Vadalrich* de *Engilhalmingen*. Ex familia *Otto* *Schragebut*, *Gelfrat*, *Conrad*, *Reinprecht* serui Abbatis *Eberhart* de *Pollenhusen*, *Cunrad* ac *Kienberch*, *Conradus* de *Pietendorf*, *Conradus* de *Hundolteshusen*, *Heimo*, *Meinhardus* *Iguarij*, *Adilbero*, *Adilbertus* *Commentarij* *Herbordus*, & *seruinus*, *Isingrinus*, *Faber*.

Reginoto Abbas sancti *Stephani* in *VVinstephen*. Nouerint omnes Christi fideles, tam futuri quam præsentis, quia *Mathildis* *Rogeri* militis de *Rospach* violentia in seruitutem redacta, in placito Domini *Otonis* Palatini maioris apud *Zollingen* habito, quia de familia sancti *Stephani* & censuales conditionis quinque denariorum esse euidentibus parentelæ suæ monstrauit iudiciis. Postmodum etiam ad nos cum præfatis cognatis & amicis suis deueniens, quod in præsentia Domini Palatini egerit aperuit, litumillimè rogans ut conditionis suæ testimonium in scriptis à nobis reciperet. Cuius iustis postulationibus annuentes ipsi cum filiis *Pertholdo*, & *Heinrico*, & filibus *Hiltg*, *Pertha*, *Hartvric*, ac nepotibus suis *Heinrico*, *Pertha*, *Mathilde*, *Otone*, *Heinrico*, *Lüigart*, ac omni posteritate quia tributariè quinque denariorum, fuit conditionis recognoscimus, & præsentis paginæ testimonio ac sigilli nostri impressione confirmamus. Huius rei testes sunt *Ekkenhardus* de *Svvinckirchen*, *Haimo* & *Richboldus* frater eius, *Vlrich* & *Richpoldus* *Carpentarij*, *Meinhart* & *Vlrich* & alij quamplures.

Quidam dilectus frater noster *Masalinus* *Frisingensts* ciuis pro remedio anime suæ viginti quinque talenta fratribus huius loci dedit hoc pacto, ut cum ipsis talentis fratres prædium emerent, de cuius sumptu ipsi singulis annis in anniuersario suo defuncti seruitium haberent, tamque venerabilis Abbas *Reginoto* ipsa talenta, & insuper duo *Chunrado* de *Greiben*, pro prædio quod in *Seruen* habuit dedit, & ipse ipsum prædium coram Domino suo *Eriderico* permillu eius in manus Domini *Otonis* Palatini Comitis junioris delegauit delegandum, ad altare sancti *Stephani* prius abdicatione facta

facta uxoris & fide data, vt filij sui abdicationem facerent coram istis testibus. *Otto* Palatinus junior, *Cunrad* de *Greben*, *Crimolt* frater eius, *VValzher* de *Vohburg*, *Sigfrid* de *VVilspach* & frater eius *Perchtold*, *Arnolt* de *Pürnpach*, *Arnolt* de *Vshusen*, *Cunrad* von *Ianner*, *VVernhart* de *Pucha*, *Hainrich* de *Chufingen*, *Chunrad* de *Pazinhouen*, *Palduin* von *Wafen*, *Heinrich* von *Tanner*, *Vlrich* von *Chelheim*, *Bernhart* von *Gozolteshusen*, *Ruidger* de *Lintha*, *Sifrid* de *Wilbach*, *Meginous* von *Wachmbach*, *Heinricus* *Cancer*, *Rupertus* *Wolf*.

Fratres huius loci sub Domino *Reginberto* vineam in *Studeschach* à fratribus de *Rore* pro decem talentis emerunt, hæc ipsa vinea confirmata est fratribus nostris in præsentia Domini *Otonis* maioris Palatini Comitis aduocati nostri, & in præsentia Domini *Altmanni* de *Abensperch* Aduocati fratrum de *Rore* coram subscriptis testibus. *Otto* maior Palatinus, *Dietricus* Comes de *Wazirburg*, *Altmannus* de *Abinsperch*, *Engilhardus* de *Adlenburg*, *Heinricus* de *Piburg*, *Cunradus* de *Moseburg*, *Wolfkank* de *Etnestat*, *Katoldus* de *Reimperstorf*, *Cunradus* de *Wartimperch*, *Ruidigerus* de *Sizihartiger*, *Vdalricus* *Reuan*, & frater eius de *Lengenuelt*.

Traditidem *Gotfridus* per manum fideiussoris sui nomine *Perhtoldi* de *Richershouen* Cœnobio sancti *Stephani* ad *Cameram* sororum inibi Domino famulantium perpetualliter deterruendum. Huius autem traditio prædij facta est in *Gisnuelt* in atrio monasterij suscipiente illud *Camerario* præfatarum sanctimonialium *Sigbardo* vocabulo coram subscriptis testibus, *Gotfridus* de *Ilmarsdorf*, *Heinricus* de *Rugoldingen*, *Wernherus* de *Scilvashusen*, *Dietmarus* filius eius de *Amblebretisdorf* minister, *Witebe* de *Metinbach*, *Perengerus* de *Gisnuelt* *Borsmeister*, *Marquardus* de *Vrsingen* & frater eius *Arnoldus*, *Perhtoldus* de *Richerhouin*, *Wichmannus* de *Langinbrugg*, *Wernhardus* de *Dofinen*, *Vdalrich* de *Heid*, *Gerungus* de *Ilmarsdorf*, *Fridericus* *Hunt* de *Gegisnuelt*, *Heinricus* *Pellifex* de *Gisnuelt*, *Eppo* de *Wihensteuen*. Postea verò paruo interiecto tempore, ne eadem traditio in futurum dolo vel fraude alicuius cassetur, deductus est idem *Perhtoldus* ad præsentiam Domini *Otonis* Ducis *Bauariæ* Aduocati nostri in castrum ipsius *VVartinberi* & ibi coram ipso publice confessus est, Cuius rei testes effecti sunt *Ortolf* de *Tegernvvarc*, *Dietricus* de *Mosen*, *Dietmarus* de *VVolmuchsabe*, *Perhtoldus* de *Eskilbach*, *Vdalrich* de *Scrouenhusen*, *Vdalrich* de *Purgenbach*, *Cunradus* de *Tegerbach*, *Vlricus* de *VVetingen*.

Quidam ex familia sancti *Stephani* *VVeihensteuen*, *Hartmann* *Ratisponensis* in manus *Friderici* *Ratisponensis* cognomento *mundes*, molendinum super *Danubium* delegauit conseruandum post mortem ipsius *Hartmanni* in vsus fratrum prædicti *Martyris*. Testas *Gozvvvinnus*, *Fridericus* *mit dem Wunde*, *VValtherus* de *Tomeningen*, *Heinricus* *Luscus* cognatus *Gozvvvini*, *VValdo* seruus *Gozvvvini*, *Otto* *Chleban* de familia *S. Stephani*, *Otto* *Sgragehut* *Ratisponenses*, *Perhtoldus*, *Hartmannus*, *Perhtoldus*, *Fragennare*, *Gelphrat*, *Adilbret* serui *Abbatis*.

Præfatus verò *Marquardus* nondum frater factus in breui est mortuus, & Dominus *Cunradus* penitentia ductus, prædium cum prædicto *Eberhardo* filio *Marquardi* reuincere voluit. Fratres autem quærimoniam de prædio & de puero mouentes coram Domino Duce *Ottone* in tribus curiis suis puerum cum

cum prædicto productis testibus retinuerunt. Testes omnes qui audierunt hoc in tribus ipsis curiis, quæ fuerunt *Praitenvvise*, *Pheters*, *Ratisspona*. Testes in curia quam Dominus Dux habuit in *Praitenvvis*, *Fridericus* Palatinus, *Otto* Palatinus, *Arnoldus* Comes de *Dachavvie*, *Siboth* Comes de *Neunburch*, filius eius *Chuzo*, *Purchardus* de *Stein*, *Heinricus* de *Altendorf*, *Altman* de *Abensberg*, *Gotefrid* de *Werde*, filius eius *Cunradus*, *Pertholdus* de *Praitenbrunn*, *Leutoldus* de *Hagenavv*, *Cunrad* de *Rifen*, *Leutold* de *Chelhaim*, postea prædictus puer *Eberhardus* monachus factus quod Dominus suus confirmavit, delegans ipsum prædictum ad altare S. *Stephani*.

Nouerint vniuersi, *Woluoldum* de *Ried* in ipso loco duas curias sancto *Stephano* dedisse temporibus *Eychingeri* Abbatis, ut in præcedentibus inuenitur. Post mortem verò ipsius Abbatis & *Woluoldi* cum religio in *Wibenssteyn* penè defecisset, & pauci Monachi ibi essent, nec aliquis aduocatus locum defenderet, tres *Hermani* de *Sindoltingen*, de genere *Woluoldi* nati, prædictas curias hereditario jure sibi vendicauerunt. Ex his vnus in aqua est submersus, secundus occisus, tertius *Carolus* dictus ad mortem suam ipsas Curias habuit, ante autem quam moreretur temporibus *Ottonis* Episcopi monasticus ordo cœpit sub *Sigmaro* Abbate reformari, & fratres de prædicta inuasionem coram Duce *Heinrico* bis querimoniam habuerunt, licet *Carolus* ad responsum non venerit. Interim Dominus Dux *Heinricus* & *Otto* Palatinus Aduocatus noster cum Domino Imperatore *Friderico* in *Longobardiam* perrexerunt iudicio Comitum à Duce *Heinrico* & ab *Ottone* Palatino interim quo vsq; reuenterentur, *Dietrico* de *Schioingen* commisso, prædictus verò *Carolus* mortuus est, cui fratres, cum *Frisinge* sepeliri deberet, sepulcrum interdixerunt. Vxor autem eius fide data sponsondit se in loco *Caroli* in omni iudicio quo deberet, responsuram. Igitur coram iudice *Dietrico* fratres prædictas curias retinuerunt. Domino autem Duce *Heinrico* reuerso, ipsa mulier conquesta est & iniusto iudicio à curiis dictis se alienatam, quod & iudicatum est, non debuisset fieri, de hæreditate præsertim, cum *Dietricus* legitimus Comes non fuerit. Itaque Dux ipsam causam iudicio Domini *Ottonis* commisit, & fratres coram eo data sententia curias retinuerunt. Ex consilio autem Domini *Ottonis* Palatini fratres mulieri octo talenta dederunt, quæ iuravit, ut *Carolus* filium suum, qui adhuc lactens fuit, efficeret, ut abdicationem supradictarum Curiarum faceret, cum ad legitimos annos veniret, sed iuramentum non soluit: quapropter miles cum factus fuisset, monasterium nostrum deprædatus est. Vno anno *Karradum* vini & saginam, altero anno in quatuor curiis *Vermusse* & *Eskelbach* nouem equos & quadraginta boues, & duodecim solidos & meliores vestes hominum, qui fuerunt ibi. De quibus omnibus cum nullus nobis exhiberet iusticiam, in magnam expeditionem *Hierusalem* se signans duodecim solidos & indulgentiam, prædictæ prædæ ab Abbate *Altumone* *Ratisspona* accepit, & abdicationem supradictarum Curiarum fecit coram Domino *Ludouico* Duce, & subscriptis testibus. In primis ipse Dux *Ludouicus*, *Fridericus* Palatinus, *Otto* Palatinus, *Adelbertus* Comes de *Pogen*, *Heinricus* Comes de *Plagen*, *Heinricus* de *Chalenbach*, *Ratoldus* de *Nidekke*, *Pertholdus* de *Eskelbach*, *Werinherus* *Attirstain*, *Hermannus* de *Partisberg*, *Grimolt* de *Prisingen*, *Cunradus* de *Humbel*.

Omnia præsentium & futurorum memoria commendamus, quod quodam *Hainrico* de *Gundilkouen* subito occiso, & apud nos sepulto vxor eius vidua, vnà cum filio suo *Luipoldo* tradiderunt ad altare sancti *Stephani* in

in *Wibenstephen* coram Abbate *Eberhardo Frisingæ* prædium suum in *Richersstosf* supra *Leugenhart* pro remedio animæ eiusdem mariti sui & omnium parontum suorum. Testes *Luipoldus*, filius eius *Herbordus*, frater eius *Vlricus*, *Vlricus Rudi-gerus*, *Herman*, & *Herbordus* cognati sui, familiares eius *Heimo*, *Tepich*, *V. Valobum*, *Heinricus*, *Pistor* & filius eius *Vlricus*, *Conrat*, *Reinpert*, *Fridericus*, *Sibat* cocus.

Nouerint omnes præsentis & futuri, quod quidam nobilis *Dietricus* de *Mo-sen* iturus in expeditionem cum Domino tuo Duce *Bauariæ* tempore cil-matis, quod fuit in regno sub duobus regibus veniens in *Wibenstephen*, tradidit eidem Monast. coram Abbate *Eberhardo* auunculo suo curtem vnã in *Leren*, cum viro qui super eadem curte manebat, nomine *Cunr.* cū vxore & liberis eiusdem viri, eo tenore, vt si ipse *Dietricus* absq; legitimo hærede obierit, prædicti m-þdium fratribus in *Wibensteuen* perpetuo deseruiat. Testes ipse *Dietricus*, *Eber-hard* miles eius de *Wiltenstein*, *Pilgrimus* de *Rote*. De familia *Sieboti* *Eberhart*, *Lii-sunch*, *Cunrad*, *Riedar*, *Perchtoldus*, *Wenege*, *Vdalricus*, *Pochel*, *Cunradus*, *Tepich*, *Vlri-cus* *Luttar*, *Vlricus* *Seruar*, *Cunradus* *Chubeelbar*. Euoluto igitur tempore exiguo isdem *Dietricus* extremitate temporum actus, mortiq; contiguus eandem cur-tem in possessionem Ecclesiæ nostræ absolutè delegauit, alia superaddita in loco qui *Aiche* dicitur, quam *Leukardi* vxori suæ ad censum triginta denario-rum, ad indicium proprietatis nostræ annuatim persoluendum quoad vsque vixerit, deputauit. Sed definito consilio prænominata coniunx ei quo facilius, quam verebatur controuersia abigeret repagulum vtrisque possessionibus ad aram *S. Stephani* protomartyris delegatis, censum ipsum præsentialiter ex-hibuit. Testes huius rei sunt *Adalbero* de *Bruckeberg*, *Otto* filius *Pernhardi* Comitis *Vdalricus* de *Lapide*, *Eberhart* de *Miltstein*, *Dietricus* miles supradicti *Dietrici*, *Heinricus* de *Lern* eius Præpositus. Ex familia qui vt supra & alij quam plures.

Paucis itaque interiectis diebus, dum exequias eius propter instantis *Werræ* calumniam dilatas plenius exegimus in *Ludouici* Ducis *Bauariæ* presentia, ipsa hæc omnia præpalando subinscriptis testibus confirmauit. Testes ipse Dñs Dux *Ludouicus* & eius ministeriales, *Grimolt* de *Brisingen*, *Vdalricus* de *Schrobenhu-sen*, *Vdalricus* iudex de *Valchenberg*, *Ludouicus* iudex de *Wartenberg*, *Otto* *Choph*, *Chunradus* *Gurre*, & eius filius *Eberhart* de *Miltstein*, ex familia qui supra.

Postmodum cuiusdam *Ottonis* ministerialis Ducis sortita connubium curte quam ad censum receperat, eo tenore resignauit, quatinus in prioris mariti anniuersario toti congregationi solatium penderetur. Testes *Sifridus* *Choph*, *Otto* *Choph*, maritus eius *Pertholdus*, & filius eius *Sifridus*, *Heinricus* de *Exphenprunnen*, *Sigwardus* de *Flittensfurt*, *Eberhardus* de *Perchusen*, *Cunradus* de *Adelershusen*: ex fa-milia omnes qui supra.

Nouerint omnes tam præsens quam posteri, qualiter *Eberhardus* Abbas Mo-nasterij *S. Stephani* in *Wibensteuen*, cuidam militi nomine *Sighardo* de *Hittē-surt* prædium Ecclesiæ nostræ in *Heidolfingen* quadraginta talentis ea conditio-ne inuadiauerit, quò per decē annorum curricula nulla solutionis facultas sup-peteret. Decursa verò præfixa temporū quantitate triginta quinque talentis, sub-tractis quinque, residuis liberum soluendi pateret arbitrium. Si autem ipse absq; legitimo hærede vita decederet denominatum prædium licet insolutum vsui nostro perpetim deseruiret. Huic sententiæ vt usque concordantib. Dñi *Ot-tonis Frisingensis* Episcopi nec nò *Ludouici* Ducis *Bauariæ* presentia in eadem *Fri-singensi*

singens matricula confirmatur. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. CC. III. Testes ipse Dominus *Otto* Episcopus, *Ludovicus* Dux, *Otto* de *Mosen*, *Perhtoldus* de *Vagen*, *Volmarus* de *Wiuershouen*, *Hartuicus* & filius eius, *Otto* de *Richolstorff*, *Fridericus* de *Suvabingen*, *Sifridus* *Chops*, *Grimoldus* de *Prisingen*, *plio* *Sighardus*, *Hainricus* iudex, *Chunradus* de *Pacharn*, *Magens* & *Vdalricus*, *Adalbero* serui Domini *Sigfridi* *Chops*, *Conradus* *Riedar*, *Conradus* *Tepich*, *Perhtoldus* *Wenig*, *Heinricus* *Chalb.* & alij quam plures.

Innotescat omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, de cambio celebrato inter Dominum *Eberhardum* Abbatem sancti *Stephani* suosque fratres & Dominum *Hainricum* Præpositum de *Celle*, de quibusdam vtriusque claustris prædiis. Tria namque prædia videlicet *Hachingen*, *Tisenhouen* *Wetlnheim*. Abbas & fratres *Wihenstephenses* assignauerunt Præposito & fratribus de *Celle*. E conuerso *Cellenses* curiam & dimidium mansum in *Noderndorff* ipsis assignari annuerunt. Hoc itaque concambium stabilitum est coram Domino *Ottone* *Frisingensi* Episcopo & Domino *Ludouico* Duce *Bauaria*, & *Hainrico* marchione *Istria*.

Norum sit presentibus & futuris qualiter *Heinricus* Dux *Bauariorum* frater *Welfonis* rogatu ac consensu Domini *Wolfrigel* de *Buren* decimas sex hubarum, quibus apud *Gurchingen* eundem in beneficium fuerat, pro remedio animæ suæ, super altare sancti *Quirini* sanctique *Stephani* in prædicto posito loco potenti manu dedit. Huius rei testes sunt *Rivvin* & frater eius *Habart* de *Buren*, *Ebermunt* & filius eius *Amelrich* *Otloch* & filius eius *Othoch*, *Ezzo*, *Perhtold* de eadem villa *Richer*, *Reginpert* de *Lattersheim*.

Nouerint omnes fideles Ecclesiæ, quod quidam *Heinricus* ministerialis sanctæ *Mariæ* Maioris Ecclesiæ sponte nobis obtulit talem pro reddenda sibi pecunia hereditatem, qualem habuit in loco qui dicitur *Preciten* cum adiacente molendino, tandemque à nobis duo decim talenta & equum recipiens delegauit nobis prædictas possessiones in presentia aduocati nostri *Otonis* Palatini Comitis. Testes *Otto* iunior frater *Otonis* Palatini Comitis, *Aribo* de *Biburch*, *Gervrich* de *Pubinhusen*, *Vdalrich* de *Holzhusen*, *Vdalrich* de *Purginbach*, *Gervrich* de *Kamere*, *Gervrich* de *Horskenhouen*, *Heinricus* de *Wolfotesdorff*, *Gottpoit* de *Giesinbach*, *Heinricus* de *Pernhach*, *Heinricus* de *Preciten*.

Norum sit omnibus tam presentibus quam futuris qualiter Dominus *Heinricus* frater prædicti *Otonis* Præpositi abdicauit se querimoniam quam habuit de prædicto prædio *Vurte* in manu Domini *Otonis* Palatini Comitis senioris aduocati nostri, cui nos è contra septem talenta in iuribus eiusdem abdicacionis dedimus. Teste *Dietricus* frater eiusdem *Heinrici* de *Mosen*, *Dietricus* de *Slibingen*, *VVernherus*, *Otto*, *Vdalricus* de *Purginbach*, *Sigfridus* de *VVartenberg*, *Ofricus* frater eius, *Adelhardus* de *Prisingen*, *Sifrit* de *Ridgen*, *Enligrvan* de *Haidorff*, *Heinricus* *VVesogel* & cognatus eius *Helle*, *VVernher* de *Folcrathesdorff*, *Cunrat* de *Lochchirn*.

Nouerint omnes Christi fideles, quod Dominus *Sigfridus* cognomine *Chops*, ministerialis Domini *Ludouici* Ducis *Baioaria* pro remedio animæ suæ & fratris sui & omnium parentum suorum tradidit prædium suum in *Harte*, per manum eiusdem Ducis Aduocati nostri in manus *Eberhardi* Abbatis sancto *Stephano* &

11111

fratrib. eiusdē loci perpetuo deseruendum. Quam traditionem fecit, cum esset Dux idem *Frisinge* in domo *Vlrici Snodi*, Huius rei testes sunt, *Otto & Heinr. de Purchrain* filij fratris eiusdem *Sigefridi*, *Vlricus* Iudex de *Valchenperch*, *Rapoto* de *Gundingen*, *Heinricus* de *Chrainchperch*, *Vlricus* de *Toufschirchen*, *Rudpertus* de *Asmuttingen*, *Rutpertus* de *Richerpuren*, *Heinricus* iudex in ciuitate.

Catalogus Abbatum Monasterij
in *Weihenstephen*.

- I. GERHARDVS ab *Engelberto* Episcopo *Frisingen*. primus Abbas præficitur Monasterio in *Weihenstephan*, ex Monasterio *SEVN*; qui post annum vel amplius Abbatiam dimisit.
- II. ARNOLDVS, vir reuerentia & pietate insignis dimittente *Gerardo* Abbatiam per Episcopum *Engilbertum* substituitur; qui diem clausit extremum an. M. XLI.
- III. DIETRIVS el. an. 1041. refug. Abbat. an. 1047.
- IV. HENRICVS an. 1062. vltro abbatia se abdicat, ob. an. 1064.
- V. PERINGERVS decess. an. 1065.
- VI. HAGANO cum cœnobio annis XV. præfuisset, ob. an. 1080. IV. Idus Aprilis.
- VII. HENRICVS. II. constituitur Abbas IV. Cal. Decemb. an. 1080. & bene per biennium suos rexit.
- VIII. ERCHINGERVS el. IV. Non. Aug. an. 1082. sub hoc Abbate (deinde deposito) cœnobium an. 1085. incendio periit negligentia cuiusdā Monachi postmodum an. 1095. VIII. Cal. Septemb. ab Episcopo *Meginharo* ample restauratum & consecratum.
- IX. PABO de *Pruslingen*. cœnobio Abbas constituitur, an. 1097. quem *Henricus* IV. Imp. deposuit & *Eerchingero* Prælaturæ officium restituit: iterum vero an. 1099. ab Imp. deponitur & *Pabo* reassumitur, qui deinde anno Domini 1114. abbatiam libere dimisit.

Hoc anno Clericus quidam nomine *Marquardus* apud domum B. *Marii* virginis in curte Episcopali ad australem plagam diluculo orto iam sole decambulans, vidit circa *Weihenstephen* Monasterium versus Occidentem nubem condensari: equibus grandis stella paulatim procedens, vsque ad turrim templi S. *Stephani* perrexit, vbi aliquandiu substitit; & mox relicta turri super claustrum versus orientem processit, vnde progressa ad Aquilonem reuersa est, atque rursus super turrim rediit. Hinc sexies in Orientem. & inde sexies ad Aquilonem in modum Crucis discurrit. Tandem ab occidente ad Orientem processit, donec ad magnum aggerem pomarij perueniret, & super turrim versus Orientem reuertetur, nubemq; vnde prius egressa fuerat, rursus ingrederetur, nec amplius appareret, sole per magnum cœli spacium progresso. Per id sane prodigium plerique putarunt sanctum *M. chaelem* Archangelum se manifestasse: quare etiam ab Episcopo *Frisingen*. cœnobio est in patronum deputatus, cum ante id temporis solus S. *Stephanus* illius Cœnobij patronus esset.

- X. MEGINARDVS abbas quamdiu præfuerit ignoratur.
- XI. SIGMARVS vir genere nobilis ab ipso Reuerendissimo Episcopo *Weihenstephen*. Monasterio præfectus an. 1138. moritur an. 1147.

XII. GVN.

- XII. GVNTHERVS eodem ann. 1147. in Abbatem electus, sequenti rursus destitit.
- XIII. RAPOTTO *Guntheri* successor, cæcus effectus Abbatiam resignavit, an. 1172.
- XIV. SIBOTTO Abbas post biennium, quod se reputaret ad hanc dignitatem parum idoneum, abbatiam dimisit.
- XV. REIMBOTTO electus, cum propter aduersam valetudinem atque imbellicitatem se tanto muneri videret imparem, resignavit anno Domini 1182.
- XVI. ALTO vir eruditus, & prælatura haud indignus successit, sub cuius regimine cœnobium V. Id. Maij, an. 1197. penitus est combustum: eodemque an. ipse Abbas regimen dimisit.
- XVII. EBERHARDVS el. an. 1198.
- XVIII. MEINRADVS in locum *Eberhardi* ann. 1219. defuncti constituitur; qui postea an. XXIV. resignavit.
- XIX. VDALRICVS *Sittelenfis* Abbas *Meinrado* successit post annum pie in Christo obiit.
- XX. VDALRICVS II. de cœnobio *Senn* substituitur; qui post annum sponte se Abbatia abdicavit.
- XXI. VDALRICVS III. el. an. 1227. quo præsidente an. 1242. claustrum Monialium conflagrauit, in festo vndecim millium virginum, atque hoc tertium fuit incendium: Anno deinceps 1255. cœnobium quartò igne deuastatur, in die S. *Leodegarij* sub noctis crepusculum.
- XXII. ISENRICVS elig. an. 1255. & ultra triennium præfuit.
- XXIII. VDALRICVS IV. ex cœnobio *Tegernsee*, in Abbatem est promotus ann. 55.
- XXIV. LVDOVICVS Abb. ann. LX. resignavit.
- XXV. CONRADVS I. ob. an. 1300.
- XXVI. CONRADVS II. an. 1309. in *Anagninensem* Episcopum, & Ecclesiæ *Frisingen.* *Suffraganeum* consecratus, Abbatiam nihilominus ad triennium sibi retinuit.
- XXVII. NICOLAVS anno 1311. electus, sequenti mox anno è viuis excessit.
- XXVIII. HENRICVS III. cognomento *Seefeldter*, Conuentualis ad S. *Quirinum* in *Tegernsee* el. an. 1312.
- XXIX. GWALTHERVS decimo nono anno obiisse perhibetur.
- XXX. CONRADVS III. el. an. 1319. anno 1328. viuere desit.
- XXXI. CONRADVS IV. post triennium obiit.
- XXXII. MARQVARDVS rexit anno 1331. in die Sanctæ *Barbara* Virg. obiit anno 1367.
- XXXIII. PICTOR ab artificio suo cognominatus (quem alij GALLVM vocatum fuisse asserunt) Monachus quidam in *Weichenstephen* *Marquardo* successit.
- XXXIV. ALBERTVS.
- XXXV. VDALRICVS *Schyren.* cœnobij conuentualis *Alberti* successor, postmodum Abbatiz renuncians, ad suum Monasterium rediit, & à confratrib. suis in *Schyrensem* Abbatem est electus.
- XXXVI. STEPHANVS Monasterij *Nouæ Celle* Præpositus an. 1378. à *Bauaria* Duce *Friderico* non quidem Abbas, sed tanquam Prouisor in *Veihenstephan* constituitur, quod officium auxiliante ipso Duce, magna cum cœnobj

- nobis utilitate gessit vsque ad tertium⁷²² annum :circa quod tempus Conuentuales suos nouis, vt videtur, consiliis induxit, vt ipsi inter se aliquem idoneum sibi præficerent Abbatem, quod & factum fuit.
- XXXVII. LEONHARDVS præficitur an. Dn. 1380. qui cum annos XXXVI. bene rexisset, ac plurimis modis omnibus fratribus profuisset, tandem senio confectus, vitam cum morte commutauit.
- XXXVIII. Prior Monasterij eligitur Abbas ann. 1416. qui primo sui regiminis anno ex veneno hausto vitam innocentem finiuit.
- XXXIX. EBERHARDVS II. primus Infula insignitus, *Basleensi* Concilio interfuit, ac completis bene sui regiminis xxxi. annis, obiit sepultus ante altare sanctæ Crucis.
- XL. IOANNES postulatus in sui prædecessoris locum an. 1448. cum præclare gessisset munus sibi iniuctum annis xxxi. obiit Calend. Febr. ann. 1481. circa altare SS. *Achatij & Maurilij*, quod ipse construxerat, terræ mandatus.
- XLI. LEONHARDVS II. immediatus *Ioannis I.* successor, cum per triennium optimè præfuisset, VIII. Cal. Septembr. an. 1484. è viuis excessit.
- XLII. CHRISTOPHORVS I. eodem an. (1484.) electus tempore Vindemiarum in *Austria* constitutus, benedictionem inuitus suscepit & cum aliquamdiu Monasterio præfuisset tandem studiorum ac scientiæ amore ductus, Abbatia liberè resignatâ *Bononiam* se contulit, ac ibidè sacre Theologiæ Professor Iurisque Pontificij Doctor factus in *Carinthiam* patriam suam rediit ac in magnifico quodam Collegio *Celle Mariane* famosissimus diuini verbi prædicator extitit: vita demum functus an. Dn. 1507.
- XLIII. WOLFGANGVS, nobilis à *Wwicks*, posteaquam per XL. annos Cathedralis Ecclesiæ *Frisingen.* Canonicus fuisset, in *Wwihenstephen.* Cœnobio Monachalem habitum suscepit, factaque post Nouitiatum professione Abbas efficitur: cumq; paucis annis bene & laudabiliter præfuisset, diem extremum clausit, an. 1495.
- XLIV. ANTONIVS tum temporis Prior *Wwolffango* defuncto eod. anno subrogatur, qui demum anno 1508. in die S. *Ruperti*, Calend. Aprilis ad superos migravit.
- XLV. BENEDICTVS Prior, elig. eod. an. feria secunda post Dominicam *Palmarum*, cumq; an. XII. laudabiliter præfuisset, diem obiit an. 1520.
- XLVI. THOMAS seditan. XXXIII. ob. VIII. Id. Octobr. ann. 1553.
- XLVII. CHRISTOPHORVS II. mortuus est in celebri Principis omniumque ordinum ac statuum *Bauaricæ* Conuentu *Ingolstadtij.* an. Dn. 1563. celebrato, V. Cal. April. & ad Monasterium suum reductus, ibidem sepultus est.
- XLVIII. CASPARVS el. an. Dn. 1563. cumq; annis tredecim optimè præfuisset an. Dn. 1576. prid. Id. April. pie obdormiuit.
- XLIX. PAVLVS elig. VIII. Id. Maij ann. Domini. 1576. ob. ann. 1579. Calend. Maij.
- L. BENEDICTVS II. unanimi fratrum voto eligitur ann. 1579. feria V. post *Pentecosten.* præfuit ann. XX. cum dimidio ob. ann. 1599. Nonas Decembr.
- LII. SIXTVS, antea Prior, in Abbatem eligitur anno 1600. in die sancti *Hilarij* sacellum super fonte sancti *Corbiniani*, aliaque complura ædificia magnis sumptibus construxit, cumque bene & laudabiliter octodecim ann. præfuisset, ob. an. 1618. die 14. Ianuar.

LII. CHRISTOPHORVS III. eb7. Febr. an. 1618. præf. solummodo mens. octo cum dimidio. ob. 9. Septemb.

LIII. GEORGIVS, modernus Abbas, el. die nona Octobr. an. 1618.

WELTENBURG.

DE fundatione huius Monasterij Ordinis S. Benedicti scribit Ioan: Auent. lib. 3. fol. 265. q. tempore Theodonis Ducis Bauariæ, qui cū filio Theodoperto à Diuo Ruperto Reginoburgij aqua cælesti lustratus est, post extructa templam Reginoburdij, quàm Vrini, Christo Deo atque eius Genitrici dicata, et que à Diuo Ruperto consecrata (vtrumque adhuc *Ædicula* seu *Capella* vetus vocatur) post hæc per omnes Boiorum regiones, sacræ ædes passim ædificatæ sunt, à Diuo Ruperto & sociis consecratæ, vt *Weltenburgij*, quod ipse *Valentiam* vocat, & extra mœnia Reginoburgen. S. Georgio, Tutelari Christianorum Militum Diuo. quædam S. Martino Maximilianoque, templa dicata, quæ adhuc monstrantur.

Alibi idem Auent. lib. 6. fol. 614. scribit, Eodem etiam tempore Hardouicus Episcopus Reginoburgenfis Valentiam, hoc est *Weltenburg*, templum Diuo Georgio dicatum, pulsus Monachis Benedictinis tradit. Augustalibus flaminibus, hoc est, Canonicis regularibus D. Augustini, accito Hardouico eius ordinis ex Norico de æde Diui Floriani, id est, ex Monasterio S. Floriani in Austria, supra Anasum. Conradus idem Episcopus Reginoburgenfis, quinque post annos Monachos Benedictinos rursus restituit, ipsisque Fridericum præfecit. Monasterium hoc Danubio septum, quinque millia passuum infra *Abensperg*, ibi Cineres *Artobrigæ*, quæ teste Ptolomæo, caput olim *Vindelcorum* fuit, monstrantur. De quo Auent. in secundo & tercio libro *Annalium* latius scripsit.

ADDITIONES.

QVam clara ab antiquissimis olim temporibus fuerint hæc *Vindelici* ad *Boiariam* nunc spectantia loca, & *Romanis* minimè incognita ex delineatione nostra *Veteris Norici*, & subiuncto huic *Nomenclatore* in verb. *Artobriga* & verb. *Vitellij* vadum lector cognoscat.

Ad Monasterium *Weltenburgum* quod attinet monumentum illud post se reliquisse Theodonum I. D. Ruperti tempore an. Christi 775. tradit *Appian.* in *Chorograph.* Bauar. Hundius veriora certioraque secutus Theodoni III. Duci, qui cum filio Theodoperto & prouincialibus à D. Ruperto Ratisbonæ aqua cælesti lustratus est, fundationem huius ædeterij transcribit.

Sequentis *Diplomatis* originale vel propter solum antiquitatis aspectum veneratione dignum mihi exhibuit & describendum dedit Admodum Reuerend⁹ Dominus MELCHIOR . . . modernus Abbas huius loci, vir à singulari humanitate commendandus.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam præsentis, qualiter nos pro pij genitoris nostri felicis memorie *Churnradi* Imperatoris Augusti nostræque animæ remedio *Weltenburgensis* Ecclesiæ Abbati nomine *Buolo* suisque successoribus quoddam nostri iuris prædiū *Bozinrianch* dictum